This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

HRODIS

DE

ebribus

616.
911
Af 1a

DE EPIDI
MIA TRACTATVS, AV-
TORE PHILIPPO
VLSTADIO
NORICO.

BIBLIOTECA
DE LA FACULTAD DE MEDICINA

BASILEAE, MENSE SE-
PTEMBRI, AN. M. D. XXVI.

PHILIPPVS VLSTADIVS Noricus æquiſſimo lectori felicitatem.

VEtus eſt adagiũ, lector candidiſſime, πομφόλυξ ὁ ἄνθρωπος. Vnde & Apuleius ille Maudarenſis hominem graphice depicturus, diuo Aurelio Auguſtino teſte, ſic in eo libro, quem de deo Socratis reliquit conſcriptum, prodidiſſe traditur. Homines, inquit, ratione plaudentes, oratione pollentes, immortalibus animis, moribundis membris, leuibus & anxijs mẽtibus, brutis & obnoxijs corporibus, diſſimilibus moribus, ſimillimis erroribus, peruicaci audacia, pertinaci ſpe, caſſo labore, fortuna caduca, ſingulatim mortales, cũcti tamen in uniuerſo genere perpetui, uiciſſim ſufficienda prole mutabiles, uolucri tempore, tarda ſapiẽtia, cita morte, querula uita, terras incolunt. Quibus è uerbis (me Hercules) omnes animi affectus atque corporis labores haud illepide effi

giaſſe uidetur. Vndiq; enim periculorũ atq; diſcriminum turmis expoſita eſt calamitoſa & miſerrima hominum uita, ut non abs re Panætium philoſophũ dixiſſe memoriæ ſit proditum, decere animũ ſapientis uiri inter tumultus & pericula rerum humanarum poſiti circumſpicere omnia, & undiq; ingruẽtia mala præcauere. Itaque ſemper promptum expeditumq; ad omnes inſultus uitandos, tolerandosq; conſiſtere: ſicut Athletæ ſolent exertis ad certamen brachijs, & toto corpore præparari, atq; ſeſe accingere: nec minus animo, ne quid repẽtinum omnino, aut improuiſum accidat. Magnificũ prorſus & ſalutare conſilium. Quis enim labores, atque humanæ uitæ diſcrimina, quisue uarios caſus enumeret? hinc fortuna ſæuit, hinc blanditur, hinc iuuentus effundit, hinc ſenectus trahit, hinc morbi obſident, hinc minatur mors, hinc alienis & externis cruciatibus concutimur, hinc intrinſecus & noſtris, ſuperbia attollit, metus deijcit, ſpes ſuſpendit, cupiditas

ditas inflammat, gaudium dilatat, dolor anguſtat, liuor inficit, gula ſolicitat, accendit ira præceps, et quotidianũ ac blandum malum adamantinos animos flectit luxuries. Quis autẽ inter hæc tutus? quis intrepidus, niſi demẽs, & planè mente captus? Quis unquã Athleta tam periculoſo ſeſe credidit duello? Illi quidem ſingulis hominibus occurrunt, nos cum mille quotidie confligimus. Itaq; non tantum Athletarũ more (ut uult Panætius) extẽſi, uelut iam dimicãdum ſit, inſtructa uirtutum acie, ſemper ad pugnam parati ſimus: ſi in terra hoſtili inter tot inſidias ſalui eſſe cupimus (Nam &

Omnia ſunt hominũ tenui pendẽtia filo,
   Et ſubito caſu quæ ualuere ruunt.
Ludit in humanis diuina potentia rebus,
   Et certã præſens uix habet hora fidẽ)

Sed pro uiribus quoq; de tranſitorijs ad æterna pergamus. Nihil enim manet eorum quæ ualidiſſima eſſe reputantur: nec opera tantum hominum, ſed & naturæ quoq; alterantur & intereunt, corruunt

rupes, tumeſcunt ualles, alta iuga mon=
tium campis aliquando adæquantur, ali=
quando & flumina auertuntur, & nouos
alueos quærunt, alia areſcunt, alia ex ter
ræ uiſceribus erumpunt: hic ſe coartat,
illic ſe relaxat pelagus, nec diu littorum
ſpecies eædem manēt. omnia ſecum tem
pus trahit, omnia abſorbet, omnia cir=
cumuoluit ac miſcet: nihil diu ſtare per=
mittit, & magna mutantur & minima.
Quid ergo admirandum, ſi naturæ ho=
minum quoque alterentur diuerſis ægri
tudinum qualitatibus obnoxiæ? certe ſi
diuo Auguſtino credimus, fragiliores ſu
mus quàm ſi uitrei eſſemus. Vitrū enim
etſi fragile ſit, tamen ſeruatū, diu durat.
& inueniūt uitrei calices ab auis & pro=
auis facti, ex quibus ſæpe bibunt nepo=
tes & pronepotes. Vita autem humana,
quantumuis etiā cōſeruetur, durare non
poteſt. Hinc M. Portius Cato in oratio=
ne de ædilibus uitio creatis, haud illepi=
de ſcriptum reliquit. Nunc (inquit) ita a=
gūt in ſegetibus atq; herbis bona eſſe fru
menta

menta, nolite ibi nimiam ſpem ponere, πολλὰ γὰρ μεταξὺ πέλει κύλικος καὶ χείλεος ἄκρου. Quo quid ſignificet optime perſpectum habes, lector æquiſſime. contra enim eos uidetur quoque dixiſſe, qui plus uolunt præſcire ac prænoſſe quàm oportet. quod quàm ridiculum & explodendum ſit, optimi quicq; norunt. Maior certe pars eorum quæ ſcimus, eſt minor pars eorum quæ neſcimus: ut ex ſentẽtia Mercurij Triſmegiſti Lactantius ille Firmianus refert. Quæ quum ita ſint, non ſemper proprijs eſt innitendum uiribus, quũ in rebus animarum ſalutem concernentibus, tum & in eis quæ ad corporis ſanitatem attinere uidentur. Quemadmodum enim anima per bonum propoſitũ & mentem incorruptam à uitijs cuſtodienda eſt, ſic etiam corpus per bonum regimen & iuſtam diætã à pleriſq; aduerſis ualetudinibus præſeruari debet. Quũq; peccatorum æque ac morborum diuerſa ſint genera, ad utrunq; ſolerti indagine reſpiciendum autumo. Sicut enim ſa

lutis animæ initium eſt peccati cognitio:
ſic ſanitatis corporis, morbi. In utroq; au
tem præmature adhibenda eſt opera, ne
radices aliquæ amaræ conſurgentes to-
tum ſtipitem arboris infœcũdent. Velu-
ti enim per unum peccatum mortale ui-
lifactum, & pro nihilo habitũ, quaſi per
alueum in omnium uitiorum gurgitem
delabimur: ſic etiam unico & paruulo ne
glecto ſanitatis regimine in uarios mor-
borum caſus atq; pericula agimur, præci
pitamurq;. Non ergo immerito princi-
pijs eſt obſtandum: nam

Sero medicina paratur,
Cũ mala per lõgas cõualuere moras.

Nec floccipendẽda ſunt minima quæq;,
quæ ſæpiſſime omnigena ingerunt detri
menta atq; offendicula. Quæ omnia ad
unguem (ut dicere ſolent) ego conſide-
rans, & quaſi introſpiciẽs, quum iam plu
rimis in locis cõtagioſum peſtis morbũ
increbeſcere haud inſcius ſim, haud abs
re fore arbitratus ſum ſuccinctim, & per
quàm breuiter obſeruationes, atq; regi-

mina

mina contra Epidimiam in lucem dare, quibus ad amuſſim(ut decet)obſeruatis, cum dei optimi maximi opitulatione magnum plurimis afferetur adminiculum. Quanquam enim tractatus ſit minimus, non erit tamen explodendus. Ciceroniana certe eſt parabola, primas non ualenti attingere, pulchrũ in ſecundis, tertijsq; conſiſtere. Nolo cenſuram ferre, limam relinquam quibuſuis doctioribus, & in ſecretiſſimis naturæ arcanis me expertioribus. Non ſum enim qui uelim χρυσᾶ ὄρη ὑπισχνεῖσθ, ne quid inepti de me iactitaſſe uidear. Itaq; nihil inuenio, uel ſtudio, uel officio meo dignius, lector iucũdiſſime, quàm ut operæ meæ tibi monimentũ aliquod relinquam. Quamuis autem paruũ admodum ſit, ſpero tamen plurimis ad ſtomachum facturum. Videbatur porrò ſatius, longeq́; optimum ab exiguis ad altiora tranſcẽdere, quàm de ſuperioribus ad minima præcipitanter ruerę atq; delabi. Quod ſi forte non omnibus placuero, (præſertim ijs qui ſunt, ἀμουσότεροι λειβη-

θρίων καὶ κολοιοὶ ἐν ταῖς μούσαις, καὶ οὗρ οὐκ ἄσ-
ραιτῃ ἂν οὐδ᾽ ἑκατὸν αἰγίπτιοι) minimi refert:
nam multum farris eget, qui cunctis ob-
ſtruit ora, præterea omnia non poſſunt
ita in Laconiſmon detrudi, ut pleriſq; ui-
detur. Videor tamen mihi, non quod eô
glorier, pro qualitate materiæ nihil aber
raſſe, quũ ſuperfluis quibuſq; neglectis,
neceſſariora, utiliora & faciliora quæq;
depromã. Non me latet etiam & priſcos
& neotericos plurimos maximopere in
hoc laboraſſe, ſed aliquando tamen Tire
ſia etiam magis cæci fuerunt, & ſeſe rem
egregie expediſſe autumarunt, ſi ma-
gnis uoluminibus lectorem ſtudioſum,
& ad indagandũ auidum plus quàm acri
monia ingenij ferre poſſet, detinerent: ut
de eis uetus & tritum hoc canatur pro-
uerbium πολλοὶ τοι ναρθηκοφόροι, παῦροι δέ
τε βάκχοι. Solet certe plerunq; omnis ma
teria longis uerborum periodis cõgluti-
nata, tædium & nauſeam lectori perſpica
ci ingerere. Quocirca optime atque do-
ctiſſime lector, ne longis ambagibus au-

res tuas

res tuas tenerrimas uidear impleſſe, paulò breuius tecum agam. Rogo autem & oro, atque obſecro ſuſcipe uigilias has, atque noctes lucubratiunculæ meæ, qualeſcunque benigno animo, & fronte exporrecta: nec te deterreat maleuolorum lingua uenenoſa, τί τυφλῷ καὶ κατόπτρῳ. Nullus enim ſolet inuidere ijs in rebus, niſi cui gratia uel docendi, uel ſcribendi minus eſt conceſſa. Neſciunt certe ineptiſſimi impoſtores ſeſe nimirum inaniter fruſtraque excruciari, quum quibuſuis doctioribus ſe imponunt, quod & ad unguem noſti, & quotidiana uides experientia. Vale lector amantiſſime, & hoc, quicquid id eſt, boni conſule: quod ſi feceris, dabimus aliquando maiora, quæ plus quum delectationis, tum emolumenti afferent. Iterum uale, καὶ ἀπονυχίσμασι καὶ κουραῖς, μὴ ἐπουρεῖν, μὴ δ' ἐφίστασθαι. Baſileæ, ad decimumquintum Kalendas Septembris, Anni

M. D. XXVI.

NOn iniuria factũ quis
dubitet, mare tam la=
tum in anguſtã con=
cham (ſi modo præ=
fari ſic liceat) nos coë
giſſe: ſi enim Venuſi
no credimus olori, o=
mnia dogmata uerborũ anfractibus ad=
umbrata, lectorem implicant. eius nan=
que eſt præceptum,

Quicquid præcipies eſto breuis, ut cito dicta
Percipiãt animi dociles, teneãtq; fideles.

Eam ob rem nõ inconſulto feciſſe uide
bimur, ſi breuiter et dilucide, quæ ad rem
faciũt, explicauerimus. Ariſtotelica cer=
te eſt ſententia, oportere definientem, &
demonſtrãtem planiſſima interpretatio=
ne uti, & nõ obſcura. Nihil enim prodeſt
clauis aurea, ſi aperire quod uolumus nõ
poteſt. Quocirca diligentius cuiq; ſcri=
ptori limitandum puto, ne traditione ni=
mis longa lectorem faſtidiat, néue nimis
curta legentis mẽtem inuoluat, quum o=

mnis

mnis exceſſus et defectus, uel noceat, uel certe non proficiat. Certe omnis ſermo ſi ſit breuior quàm oportet, obſcurat intellectũ: ſi longior, difficilis erit retentionis, & obliuionem inducet. In omnibus ergo medium laudabile eſt: extrema autem, ut in plurimum, ſunt uituperabilia. Potuiſſemus utiq; magnis uerborũ ampullis auidum lectorem irretire, atq; diſtrahere, quũ apud innumeros medicos copioſiſſimã ſyluã hac de re habeamus. Sed mediusfidius multo ſatius, meliuſq; uidebatur pauca ſcribere, & hæc quidẽ cõmoda atq; utilia, quæ etiam magis iuuabũt, atq; proderũt, quàm immenſa uolumina. Sæpe utiq; alimenta quæ minus ſufficiunt, auidius ſumuntur, diuo Gregorio ſuper Ezechielem teſte. Si autem ei qui multa ferre non poteſt, uerbum trahimus longius, citiſſime ad nauſeam faſtidiumq; eũ deducimus. Quocirca quantũ ad rem attinet, ſuccinctim & breuiter omnia enucleabimus. Accidit aliquando propter enormia noſtra peccata, ut deus

omnipotens cogatur arcum ſuum uibra-re, ſpicula tendere, & aperire uaſa furo-ris atq; indignationis ſuæ, quorum metu, à flagitijs deterreamur; & ad ipſum ſum-mum creatorem, pœnitentiam de ſceleri bus perpetratis agentes, humili, pia, atq; deuota mēte cōuertamur. Patiētia nanq; & lōganimitas dei optimi maximi (teſte etiam Paulo) ad pœnitentiā nos inuitat. Eam ob rem omni uitiorum mole exuti, & circunſtans nos deponentes peccatū, aſpiciamus in autorē fidei & conſumma torem Ieſum, & ad ipſum tanquam ad tu tiſſimū aſylum, omnem noſtrā in eū po-nentes fiduciam, confugiamus. Alijs em̄ remedijs, antidotis, obſtaculis, diuinam non poſſumus placare iram. Contingit autem ſæpiuſcule propter Pharaonicam lapidei pectoris noſtri indurationem, & propter Babel cunctarum gentiū ferino degentiū ritu, aërem corrumpi, uel ex ua poribus terræ, & exhalationibus uene-noſis, uel ex impreſſione & cōfiguratio-ne planetarū. Inter planetas uero nullus

eſt, qui

eſt,qui humanæ naturæ ſit ita contrarius ſicuti Saturnus atq; Mars,præcipue ſi unus aut alter eorũ dominat', aut eſt princeps anni,& quãdo eſt in proprio domicilio. Habet etiã eclipſis tam ſolis quàm lunæ incredibilem potentiam intoxicandi aërem,quando omnibus terræ naſcentibus uis atq; uirtus cœlitus indita adimitur: talis nanq; per ſolis & lunæ ſplendorem à diuina prouidẽtia largiſſime infunditur. Terræmotus quoq;, & aliquando (ſi Plinio,Ariſtoteli,Alberto Magno,et cæteris ſagacibus naturæ indagatoribus fidem adhibemus) latebras humi aperit, ex quibus multa cadauera putrida aërẽ inficientiá exurgunt, & morbi peſtiferi inde exhalãt, herbæ & pabula intoxicantur,armẽta & pecora ueneno inflantur: homines deniq; qui talibus herbis atque animalibus ueſcuntur,febre peſtilẽti, ut in plurimũ,corripiũt. Quæ quũ ita ſint, non potui nõ ſcribere regimen,atq; obſeruationes,quibus & nobiſmetipſis, & proximis noſtris prodeſſe poſſimus. Vi-

deo enim ſapientiſſimum Solomonẽ di-
xiſſe, ex occulta ſcientia, & theſauro ab-
ſcondito nihil utilitatis emergere. Hinc
etiam diuinus ille Plato & philoſophorũ
deus, atq; eum ſequutus M. Cicero, non
ſolum nobis natos nos eſſe aſſerit, ſed &
patriam ſibi uẽdicare partem, & partem
amicos. Quocirca rogo, oro, atque obſe
cro pium lectorem, ut hũc qualemcunq;
libellũ, abſq; ulla Ariſtarchi cenſura pie
& leuiter corrigat: ſi quid forte breuita-
tis cauſa omiſerimus, uel inepte in mediũ
attulerimus. Nam (ut ait lex) omniũ ha-
bere memoriam, & in nullo peccare, po-
tius eſt diuinitatis, quàm humanitatis.
Certe facile crediderim omnium piorũ
atq; eruditiorum eſſe animum, ut malint
corripi, quàm alios emendare. Ne ergo
longis uerborũ ambagibus pij aures le-
ctoris obtundam, rem ipſam diuino pri-
us implorato auxilio (ſine quo nullum ri
te fundatur exordium) aggrediemur.

De cor-

CAPVT PRIMVM.

AErem corrumpi multoties uidemus, mutaríq; in ſubſtantiã calidam atq; humidam corruptioni & putredini obnoxiã, quod quàm naturæ ſit non modo alienũ, ſed & abhorrens & cõtrarium à pleriſq; ſecretiorum naturæ indagatoribus hinc inde libris proditum eſt. Præcedẽtia uero ſigna quæ aëris infectio cõcomitatur, ad unguem, ut æquũ eſſet, neſcio ex qua ſegnitie, ſeu potius floccipenſione nequaquam perpendimus. Hinc fit ut neglectis indiciorũ conſiderationibus, nec ulla præſeruatiõe habita, corpus putrefactiõibus uarijs ſubijciamus, & morbos aggregemus peſtiferos. certe ſi ad amuſſim perluſtrauerimus, quæ tradit Hali abas quinto theorices, Epidimia nihil aliud eſt, quàm mutatio aëris in putredinẽ uel qualitatem peſſimã, uniuerſaliter & multis peſtiferã. Intereſt ergo quamplurimum qualem ſpiremus aërem, & quales hauriamus odores; talis enim in no-

Epidimia quid.

Qualis aër, talis ſpiritus.

bis ſpiritus euadit. Eatenus uero nos ani ma per uitam uegetat, quatenus ſpiritus harmoniam ſeruat cũ anima concinnentem. cæterũ quãdo ingruere uel immine re debeat Epidimia, nulli ferè eſt perſpicuum niſi ſoli deo, in cuius poteſtate ſita ſunt omnia. Poteſt tamen aliquando cõtingere, ex naturalibus ipſam gigni cauſis, maxime cœleſtiũ corporum & aëris: unde eam per præſagia & indicia quædam præuidemus atque prænoſcimus: quæ quidem exactiſſime & diligentiſſime debemus ſemper perpendere, animisq́ infigere. Hippocrate enim teſte in primo prognoſticorũ, ex melioribus rebus eſt, medicũ uti præuiſione: nã maxima eſt cõmoditas ſignorum demonſtrantiũ res futuras, ut Galenus ait primo Tegni. Per ſigna enĩ indicatiua, ut Hali ibidem refert, ſcitur id quod futurum eſt, & præparatur ei quod operæ eſt pretiũ. Eſt igitur magna utilitas præſcire futura mala ratiõe præparationis. Teſte enim Gregorio, minus iacula feriũt quæ præuidentur; &

Vtilitas ſignorum.

tur: & nos tolerabilius mundi mala ſuſci pimus, ſi contra ea per prouidētiæ clipeum munimur.

DE PRAESAGIIS INDICANtibus aërem corruptum,

CAPVT II.

PRæſagia quibus aërem corruptum eſſe conijcimus uaria ſunt, quæ pulcherrime, & ſi admodū diffuſe, explicat Auicen. Fen prima, doctrina quarta, tractatu quarto, capite de febre peſtilētiæ: nos autem (ne lector diligens quid deſideret) quàm ſuccinctę maxime potuimus (etſi alio ordine quàm ab Auicenna locata ſint) hic annectere uoluimus. Eſt igitur primū omniū indicium, quū qualitates & diſpoſitiones temporū non ſeruant naturam ſuam. Omnibus enim tam indoctis quàm peritis non eſt obſcurum naturalem diſpoſitionē autumni eſſe frigidam & ſiccam, hyemis frigidā & humidam, ueris calidam & humidam, æſtatis calidam & ſiccam: ſic enim eſt opinio omnium doctorum, quam & ponit Aui-

Indicium primum aëris corrupti.

Diſpoſitiones quatuor temporum anni quales.

cenna Fen ſecunda, tractatu primo, doctrina ſecunda, cap. de naturis temporũ. Quando ergo diſpoſitiones quatuor anni temporũ non ſunt, ut iam dictum eſt, indiciũ eſt certiſſimũ aërem eſſe infectũ, intoxicatum, uirulentũ, putridũ, & mortiferum: & in hanc ſententiam conueniunt omnes tam philoſophi quàm medici, inter quos & Ariſtoteles in problematibus ſectione prima, & Hippocrates primo aphoriſmorũ particula tertia. Secundum ſignum naturale ac magis particulare, per quod prænoſcimus aërẽ eſſe putridum, eſt, quãdo tempore autumni, maxime in principio mẽſis Octobris apparẽt ſtellæ cadẽtes, id eſt uapores groſſi ignei ad modũ ſtellarũ, quæ uidentur cadere, & ignes ſtantes in aëre. Ex ĳs enim cognoſcere poſſumus tempus autumni mutatum à ſua naturali complexione, ſcilicet à frigore & ſiccitate, ad calidũ & humidum, groſſum & unctuoſum, aptum inflãmari. Eleuantur enim uapores & fumi groſſi in aëre ab aqua atq; à terra uirtute

Secundum ſignum.

tute ſolis, & à caliditate quæ tunc eſt in aëre (ut Ariſt. in meteororis, & Albertus magnus ex opinione Auerrois tradunt) contra naturam temporis inflammãtur: ex quo poſſumus liquido cognoſcere & præſcire Epidimiam fores pulſare, propter talem corruptionem temporis autumnalis. Tertium ſignũ eſt, quando multiplicantur uenti meridionales & occidẽtales tẽpore autumni diebus aliquibus. Hi eñ uẽti (ut teſtat̃ Auicẽna ſecũda primi, doctrina ſecunda, cap. de naturis uentorum, & Ariſto. lib. primo problematũ ſectione 23. Hippocrates & Galenus libro tertio aphor. partic. 6.) laxant uirtutem naturalem, & turbãt humores, & faciunt morborũ recidiuationem, atq; generant febres putridas. Quartũ ſignum eſt, quãdo in autumno apparuerit aër tenebroſus & turbidus, ita quod illa die uideatur uelle pluere, & nõ pluit; & ſic cõtinuat tempus multis diebus; per hoc enim cognoſcitur quod complexio aëris eſt corrupta, & maxime corrũpetur ad-

Tertium.

Incõmoda ex uẽtis occidentalibus & meridionalibus.

Quartũ.

huc hyeme ſubſequēti. Eſt enim aër plenus uaporibus calidis & humidis à uentis auſtralibus deportatis, qui (ut refert Ariſt. proxime allegato loco) exiſtentes cauſa putredinis, magis inficiunt aërem quàm ſi eſſet pluuia. *Quintū indicium.* Quintū prognoſticon eſt, paucitas pluuiæ in Vere cum frigore, poſtquàm multiplicatur Auſter, & conturbatur aër diebus multis, deinde clarificatur per hebdomadam unam uel circa, tunc eſt enim periculū Epidimiæ. Nam, ut ait Ariſt. lib. 1. Problematum, ſectione nona, & Hippoc. lib. 3. Aphor. particu. 4. hoc eô euenit, quia humores retenti in corpore & multiplicati in hyeme, qui ad poroſitates extrinſecas deberent in Vere à natura expelli, & à calido naturali illius temporis conſumi, exiſtente illo aëre contra naturam frigido, repelluntur à frigido aëris ad interiora, & ibidem retenti putrefiunt: & ſuperueniente Auſtro permiſcentur cum ſanguine per totum corpus uniuerſaliter, & ex conſequenti homines pernecant. *Sextum.* Sextum indicium

dicium eſt, quum in aëre accidit, quod in nocte ſit frigus, & in die calor uehemẽs, & præfocatio ac conturbatio: tunc enim citò accidit peſtilẽtia, & infirmitates pleræq;. Omnis enim ſubitanea mutatio deijcit actum ꝓpriæ uirtutis, ut teſtatur Galenus ſecundo Tegni. Septimũ præſagium eſt, quando apparuerit æſtas nõ uehementis caloris, ſed magnæ conturbationis, habens matutina alterata, & iam præceſſerunt in autumno ſtellæ cadẽtes, & ignes ſtantes in aëre. Tunc enim iudicandum eſt, quod uapores exiſtentes materia ignium huiuſmodi & ſtellarum cadentium in autumno præcedente, toto tempore hyemis & ueris in aëre remanſerunt, & ad æſtatem peruenientes ſuffocant calorem æſtatis, & eum obtundunt: de mane etiam infrigidati alterant matutina æſtatis ſcilicet ad frigidum, uel (ut apertius de re diſſeramus) ad calorẽ remiſſum ſuffocatũ, quapropter aërẽ æſtatis inficiunt & corrumpunt. De natura enim humidi eſt, ut explicat Galenus cõ

Septimum

Natura humidi.

mento 15. ſuper primũ aphoriſmorũ,& Ariſt. tertio meteor.) obtundere calorẽ, ſicci uero acuere. Siccitas enim luna caloris eſt, ut pulcherrime ibi docet Galenus. Octauum ſignũ eſt, quando uidebis tempus unius diei uariari multis modis: & hoc intellige de quacunq; alteratione, ſcilicet ad calidũ & frigidũ, humidum & ſiccum, ſerenitatem & obſcuritatem, ac huiuſmodi. Ex his enim cognoſcitur eius mala diſpoſitio, & quod in aëre ſunt multæ eleuationes malorũ uaporum, & multiplicationes diuerſorũ uentorum. Huiuſmodi enim aëris mutationes corpora noſtra alterant ad prauas ægritudines, & febres peſtilentiales, ut docet Auicenna ſecũda primi, doctrina ſecunda, cap. de impreſſionibus malarũ mutationum aëris. Ex aëre cũ mutatur, proueniunt in corporibus accidentia: quũ eñ putreſcit, putrefacit humores. Nonum prognoſticon eſt, quando uno die apparet ſol clarus, & in alio die conturbatur, non tamen quod fiat propter eclipſim: hocq;

Proprietas ſicci.

Octauum.

Nonum.

hocq́; accidit multis diebus: Signũ em̃ eſt aëris qualitatem male eſſe diſpoſitã, maxime ſole exurgente, quando apparet quod habeat ante ſe nebulam̃ ad modum pulueris, & aër puluerulentus exiſtit, ita quod ſol non poſſit reddere lucẽ clarã, & hoc accidit multis diebus. Tunc enim iudicandum eſt ſecundum opinionẽ Auicẽnæ prima quarti, doctrina quarta, cap. de febre peſtilẽtiæ, aërem eſſe plenum malis uaporibus & diuerſis morboſitatibus, ex quibus corrumpitur, & eſt cauſa peſtilentiæ. Decimum ſignum eſt, quum tempore æſtatis & magni caloris ſubito poſt pluuiã apparet magna quantitas ranarum, quæ ſunt in tergo coloris cineritij, in uentre autem coloris diuerſi, maxime citrini & aurei. Arguunt enim eo quod ſunt humidæ & aquaticæ, magnã humiditatẽ & aquoſitatem eſſe in aëre contra naturam temporis. Vnde quum propter caliditatem præcedẽtem, poroſitates corporis ſint apertæ, implentur multa humiditate putreſcibili, & per Decimũ.

conſequens corrumpuntur, ut affirmat Ariſtoteles libro primo problematum, ſectione uigeſima ſecunda, & uigeſima tertia, & latius explicat ibidē Petrus Paduanus cōmentator eius. Vndecimum indiciū eſt, quando multiplicantur reptilia ex putredine generata, ſicut muſcæ alatæ, formicæ, uermes diuerſi, & uiperæ imperfectæ, & alia huiuſmodi animalia, & apparent mures & alia ſubterranea fugere ſub terra, & aquatica ſub aqua, & uidentur manifeſte exire, & loca habitationum ſuarum deſerere, & fugere tanꝗ ſi perſequerentur ab aliquo. Signum enī eſt, ut pulcherrime declarat Petrus de Ebano ſuper primo problematum Ariſtotelis ſectione uigeſimaſecunda, terrā & aquam eſſe corruptam, à quibus fugiunt. Nam in terræ concauitatibus generantur quādoq; fumi uenenoſi, à quibus mures & ſerpētes, & omnia alia animalia ſubterranea fugiunt ad ſuperficiē terræ, tāquam à ueneno mortifero. Et ſimiliter in aquis aliquando gignuntur morboſitates,

Vndecimū

tates, quibus animalia aquatica ſeſe ſub-
ducunt. Et ideo periculum eſt, ne etiam
aër corrumpatur his morboſitatibus ad
ipſum peruenientibus. Similiter quando
animalia fugiūt ab habitatiōibus ſuis cō
ſuetis, & aues à nidis ſuis nullo perſequē
te, & aliquando relinquunt oua ſua ut fu
giāt, ſignum eſt aerem eſſe putridū, cor-
ruptum atq; intoxicatum, & ideo pericu
lum eſt peſtilentiæ. Duodecimum præſa
giū eſt, quando magna fames & pauper-
tas eſt in terra, maxime ubi eſt copioſa
hominū multitudo, ita quod non habeāt
neceſſaria ad uitam, tunc enim homines
neceſſitate coacti, comedūt multa noci-
ua, corrupta, & naturæ cōtraria atq; abo
minabilia, quia ex talibus generantur fe
bres putridæ & uenenoſæ, de quarum ge
nere eſt & Epidimia, ita enim affirmat
Auicenna prima quarti, doctrina ſecun
da, capite de febribus putridis. Corrum-
puntur enim corpora quæ corruptis ue-
ſcūtur, ut Auicenna ſecūda primi, doctri
na ſecunda, capite de iudicijs & diſpoſi-

Duodecimum.

Corrupta alimenta corrūpunt corpora.

tionibus anni. Corruptis uero corpori-
bus, ex flatu corrũpitur aër. Poſſent ad-
huc plura adferri ſigna & indicia, quibus
poſſimus prognoſticari aërẽ corruptũ,
ſed quũ ſint minus naturalia & incerta,
conſultius omittenda uidentur. Quũ er-
go prædicta ſigna omnia, uel quædã ex
eis apparuerint, quæ tẽpore pacato atq;
ſano rariſſima ſunt, certiſſimo indicio ha
be, breui admodum temporis curriculo
homines peſtilentiali febre occupatũ iri.

DE GENERALIBVS PRAECAVtionibus, quibus poſſumus corpora noſtra à putrefactione præſeruare, CAPVT III.

QVum itaq; uaria peſtis imminẽtis
ſint ĩdicia, uariæ caloris febrilis in-
cenſiones, uariæ deniq; hominum com-
plexiones, nõ inepte feciſſe uidebimur,
ſi ſecundum uarietatem accenſionis fe-
brilis caloris (quam eſſe interdum in ſpi
ritibus, interdum in humoribus, interdũ
uero in partibus animalis ſolidioribus
tradit

Febrilis calor ubi incenditur plerunq;.

tradit Hippocratem ſequutus Galenus de differentijs febrium libro primo, cap. ſecūdo) diuerſimoda ſubijciamus remedia, quumq; febres naſcantur plerūq; ex labore, iracūdia, mœrore, calore, frigore, inſomnia, cruditate, temulētia atq; repletione, ut Galenus aſſerit prædicto libro, capite tertio, quin etiam ut peſtilēs aëris conditio afferens febrem commode abigatur atq; propellatur: nulli ſit ambiguum poſſe reperiri, deo adminiculatore, quæ commodiſſime obſiſtant. Varia ergo ſunt remedia quibus contra peſtem eſt utendum, quorum potiſſimum eſt diſpoſitio corporis, quia ſi in tali non erit diſpoſitio apta putrefactioni & corruptioni, corruptio non poterit operari, ut oſtēdit Galenus tertio tegni, & de differen. febri. lib. primo cap. 5. Facta ergo ægritudine faciliime ipſam curabimus, ſi diſpoſitionem auferamus, à qua principaliter, quæ ſecundum naturam eſt, operatio læditur. Nā inter duos motus contrarios, neceſſario intercedit quies me-

Diſpoſitio corporis.

dia, teſte Ariſtotele ſeptimo phiſicorum. Quum igitur pleruncp ex diuina iuſtitia propter peccata atcp flagitia enormia diſponatur unuſquiſcp ad peſtem, ſaluberrimum & omnium principaliſſimũ antidotum erit, ſubmouere à nobis peccatũ animæ corporiſcp, quo ſublato auferetur & peſtis. Remota enim cauſa, remouetur effectus, ſecũdo de generatiõe, & ſecũdo phiſicorum, & 8. Ethicorũ. Secundum remedium eſt exiccatio ſuperfluæ humiditatis in corpore humano exiſtentis. Ait enim Auicenna prima quarti, doctrina quarta, in capite de febre peſtilentiæ. Summa curationis eſt exiccatio humorum. Etenim ijs qui malis humoribus pleni ſunt, quiícp male difflãtur, aut inopportune laborant, aut lauantur propẽſius, promptum eſt febricitare, ut affirmat Galenus de differen. febrium libro primo cap. 4. Verum ijs qui bonis plẽni ſunt humoribus, ac probe difflantur, & quieſcũt, ac fouent iecoris ac uentris ſedes, impoſſibile eſt febricitare: quo

Exiccatio ſuperfluæ humiditatis.

niam

niam in iecore ac uẽtre manet quicquid corruptum eſt,ac temporis ſpacio paulatim concoquitur atq; efficitur benignũ. Oportet ergo quod cibi maxime ſint deſiccatiui,q̄bus corpus ſuperfluis humoribus repletum conuenit exiccare,atq; ſiccũ cõſeruare,ut eſt mẽs Galeni primo de differ.feb.c.3. Duo ſunt aũt quæ uirtuoſe & meritorie corpus humanũ exiccant & in ſanitate conſeruant,quorum primũ eſt ſobrietas & abſtinentia in cibo. Qui enim eſt abſtinens adijciet ſibi uitam, Eccle.37.Et ieiunio ſanãtur peſtes corporis,ut ait diuus Hieronymus ad Demetriadem,Secundũ quod exiccat corpus & in ſanitate conſeruat, eſt caſtitas, quæ ſummopere à peſte præſeruat. Diſſimilitudo em̃ cauſarũ,ut ait Ariſt. 7.metaphiſices, diſſimiles ꝑducit effectus in cauſatis. Quum ergo actus uenereus diſponat corpus ad peſtem, ſecundũ Auicennã prima quarti, doctrina quarta, capite de febre peſtilentiæ,& Galenum de differen.febrium lib.primo cap.3.remo

Duo exiccãt corpu humanũ.

Abſtinẽti

Caſtitas.

uebit ergo caſtitas hanc malam diſpoſi‑
tionem, & præſeruabit ab Epidimia. Cæ
terum quum peſtis ſæpenumero immit‑
tatur à diabolo, qui iudicio & permiſſio‑
ne dei permittitur inficere aëra, & mor‑
bos immittere, ut inquit Aurelius Augu
ſtinus de diuinatione dæmonum, coniun
gamur ergo deo per amorem, & non po
terit nobis nocere talis peſtilentia ab ini‑
mico procurata. Tertium obſtaculũ uel
antidotum eſt apertio opilationis: ex pu
tredine enim accẽditur febris, cuius cau‑
ſa eſt opilatio. Propterea ait Galenus lo‑
co præmemorato: Conuenit opilationes
pororum aperire. Caue autem ne ulla ra
tione meatus corporis, quos Græci po
ros uocant, uel ſupra modum pateãt, uel
nimium obſtruantur. Ibi enim in reſolu
tione & iniuria extrinſecus inferenda, di
ſcrimen: hic aũt in putrefactione & ſuffo
catione, periculum ſummũ eſt. Quartũ
dicitur euacuatio ſuperfluitatis, inquit
enim Galenus de differen. febri. lib. pri‑
mo cap. 3. Conuenit corpus ſuperfluita‑
tibus

Apertio opilatiõis.

Euacuatio ſuperflui‑tatum.

tibus plenum euacuare. Ad quod facien dum, teſte etiam Auicēna prima quarti, doctrina quarta, capite de febri. peſtilen. utiliſſima eſt phlebotomia, ſeu ſanguinis minutio, & ſolutio ac euacuatio uentris. Tamen ſummopere eſt conſiderandum omnem uehementem repentināq; deiectionē, purgationemq; ab omnibus plane deteſtari medicis. Stomachū nāq; atq; cor debilitat, ſpiritus multos exhaurit, cōfundit humores, ſpiritus deniq; fumis humorum fuſcis obtenebrat. Quum itaque corpora plena malis humoribus ſint maxime idonea, & diſpoſita ad hauriendam peſtem, non inepte ſcripſiſſe uidetur Ariſtoteles eo in libro qui de ſecretis ſecretorum inſcribitur, abſtinere à nimia comeſſatione, & ſuperfluitates purgare, ſummæ eſſe ſanitatis. hinc eſt quod memoriæ proditur, Pythagoram Samiū treis ante omnia celebraſſe temperātias, quæ etiam nō inconſulto à nobis tempore peſtifero celebrabuntur: quarum primam temperantiam affectuum, alteram

Repētinæ purgatiōis incōmoda.

Tres temperātiæ ſecundū Pythagoram.

temperantiam uictus,ultimam uero tem peratiam aëris accipimus: quod ſi omni prouidentia eas identidem obſeruauerimus, humorum intemperiẽ,quæ ſæpiſſime intempeſtiuæ mortis eſt cauſa,procul admodum,deo auxiliante,propulſabimus. Itaq; non aberraſſe uidebimur,ſi in Epidimiæ tempore omnia corpora humida exiccemus, in ſiccis uero priſtinã naturã cuſtodiamus,in eis uero quæ excrementis plena ſunt purgationibus utamur,& omnes meatuum opilatiões debite & rite,ut iã diximus, ſoluamus atq; aperiamus. Omnia certe ſuã exigũt temperiem, nihil igitur in mundo temperatius eſt quàm cœlũ,nihil ſub cœlo fermè temperatius eſt quàm corpus humanũ, nihil in corpore humano tẽperatius eſt ſpiritu. Per res igitur tẽperatas uita permanẽs in ſpiritu recreabitur,ſpiritus per temperata cœleſtibus conformabitur,ut uenuſtiſſime atque doctiſſime declarat Marſilius Ficinus de triplici uita,libro ſecũdo cap. 14. Circa hòc poteſt fieri quæ-

Quæſtio.

ſtio.

ſtio, cur aliquando ſaltem uiri, aliquãdo ſaltem mulieres tempore Epidimiæ moriãtur? ad quam reſpondeo, Cauſa eſt ſola ipſa diſpoſitio complexionis: ſic enim aliquando accidit, nõ ſolum de hominibus, uerumetiam de armentis atq; pecoribus. aliquando em̃ moriuntur ſues, aliquando uero tantum boues. Sic etiam diſpoſitiones corporũ ſunt diſſimiles, atq; multiformes, idcirco quidam facile uincũtur, ac promptiſſime patiuntur ab ipſa cauſa efficiẽte, alij inuicti, impatibilesq; ſunt, aut certe difficulter patiũtur. Quintum remedium eſt deteſtatio ocioſitatis. inquit certe Galenus de differen. febriũ libro primo, cap. 3. Si quis moderatis laboribus utitur omnino impaſſibilis præſeruat̃. Ocio em̃ mœret ſtomachus, exercitatione uero ſemper gaudet, niſi quando eſt plenus cibo. Sextum antidotum eſt morigeratio maturitatis. Si quis utitur uita decora & moderata, ut Galenus ſæpe dicto loco teſtatur, omnino eſt impatibilis. Non enim eſt conueniens, eſſe

Deteſtatio ocioſitatis.

Morigeratio maturitatis.

diſſolutum in comeſſationibus, potioni-bus, gaudijs, triſtitijs, & alijs animi affe-ctibus, ſed ſemper medium eſt obſeruan dũ. Nulla enim cauſa ſine corporis apti-tudine febrẽ peſtilentialem inducere po teſt, maxima quippe pars generationis morborum eſt afficiendi corporis præ-paratio. Septimum remedium quo uti debemus contra Epidimiam eſt euitatio cõtagionis. Dicũt enim medici quod pe ſtis ſit morbus contagioſus, ut nõ imme rito quoque noſter inquiat Galenus de differentijs febrium libro primo cap. 3. Conuerſari cum his qui peſte laborant, fallax eſt. affici enim periculum eſt, quaſi ſcabie quadam aut lippitudine: & ideo homines debẽt ſummopere cauere à cõ-uerſatione morboſorũ, & nõ tangere res eorũ. Octauũ eſt, elongatio corruptio-nis, id eſt euitatio loci ubi eſt ĩfectus aër: unde medici dicere ſolent, Fuge fuge, et longe. Vltimũ remedium eſt, tarda re-greſſio, ſiue reuerſio ad locũ peſtiferum, donec ceſſauerit peſtilentia. de quibus

Euitatio cõtagionis

Elongatio corruptio-nis.

Tarda re-uerſio.

omnibus latius proſequemur paulò infra: modo ſat ſit paululũ attigiſſe remedia generalia. ſubſequens em̃ ſermo noſter per totũ erit de remedijs ſpecialibus.

DE INFECTI AERIS CORrectione, CAPVT IIII.

TRadit Plinius, Lucanus, atq; Vergilius Maro pleraq; loca ex ſui natura eſſe infecta atq; uenenoſa. Sic Auernũ Campaniæ lacum aiunt uenenoſo halitu inde prodiente adeò eſſe peſtiferũ, ut ſuper eum aues etiam ipſæ uolantes intereant. Sed hoc in loco nil de ipſo in mediũ afferre uiſum eſt: naturã enim talium lacuum corrigere nõ nobis datũ eſt. Verũ aër etiam plerũq; inficit̃ ab accidentibus cauſis, ſicut circa ſtagna & paludes, circa aquas limoſas & glutinoſas fit, ubi aër inclusus eſt, præcipue dũ loca ipſa ſunt inter montes altos ſita, & quæ uerſus meridiem uergũt: in talibus enim locis citius generatur peſtis, q̃ in locis frigidis montoſis: & hoc fit propter ſubtilitatem aë-

Auernus peſtifer.

ris, nam in mõtoſis locis aër rudis durus ac groſſus exiſtit. Quũ ergo ſupra dixerimus, tutiſſimũ eſſe remediũ à tali aëre noxio atq; putrido diſcedere: & minus certe cuilibet liceat, uel propter negociatiões ſuas, uel propter opificiũ, quo uitã ſuſtẽtat, aër cuiuſdã habitationis ſecrete & amœne erit alterãdus, infrigidãdusq; hoc modo: Recipe roſarũ rubearũ librã unã, foliorũ mirtillorũ librã unã & ſemis, ſandali utriuſq; librã ſemis, conquaſſent & bulliãtur in aceto odorifero, & de hac decoctiõe aſpergantur parietes & pauimẽta domus, & cameræ, quia nimirũ per hoc aër rectificatur, et ſpiritus recreatur. Hinc Galenus ipſe ſequutus Hippocratem tradit in lib. de elementis, ſpiritũ nõ ſolum odore nutriri, ſed & aëre: aëre inquam nõ ſimplici, ſed potius opportune permixto, quibus quidem ſi fidem habebimus, nec alimentorũ, nec ullius rei delectum magis ad uitam neceſſariũ quàm aëris nobis accõmodati eſſe cẽſebimus. Aër enim & inferiorũ & cœleſtiũ qualitatibus

Rectificatio aëris.

Spũs quibus nutriatur.

tatibus facillime ſemperq́ affectus, & im menſa (ſic modo fari liceat) amplitudine circumfuſus, perpetuoq́ motu nos undi que penetrans, ad ſuam nos mirabiliter redigit qualitatem, præſertim ſpiritũ uitalem in corde uigentem, in cuius penetralia tum aſſidue influit, tum repẽte: ſic protinus afficiens ſpiritũ ut eſt affectus, perq́ ſpiritũ uitalẽ pariter afficiẽs animalem: ideoq́ & puro luminoſoq́ aëre, & odorũ delectu ſemp recreandus eſt: ſunt enim præcipua ſpũs uitalis fomenta. Sed dicet forſan quis, quomodo nutrit ſpũs uitalis atq; animalis, tũ odore tum aëre? ad quod reſpondeo: Nutritur quidem uterq; tum odore tum aëre, tanquam mixtus atq; conformis alterutrũ, ut uterq; hauſtus ĩ præcordia penetret, ubi coquatur tempereturq́ ad uitã, perq́ arterias diffundatur, ubi uterq; itidẽ coctus iterũ ſpiritum nutriat. Poteſt etiam fieri omni die tam æſtate quàm hyeme ingẽs ignis de lignis quercinis ſiccis, & huiuſmodi ignis quanto magis eſt intẽſus, tanto me

Fomenta ſpiritus uitalis.

Quomodo nutriatur ſpũs odore & aëre.

lius aër purgatur. Præuidendũ tamen eſt ſemper de diſcrimine, ne incẽdio nimio domus ipſa uel habitatio flagretur. Hippocrates traditur multas in Græcia ciuitates à peſte liberaſſe per igniũ incenſiones, quas per ſingulos uicos ciuitatũ fieri mandarat. Hyeme aliqui faciũt ignem de lignis odoriferis, ſicut de iunipero, cypreſſo, abiete, pinu, thamariſco, ſauina, roſmarino, ſalicibus, ſarmentis, uel ſimilibus: ſint tamen oĩa prius bene ſicca, qa quãto minus fumi apparet, tanto magis aër defecatur. Quũq; talis ignis iã declinauerit, et ligna exuſta fuerint, ſuperijciatur ſup carbones una die de puluere camphoræ, uel trociſcus unus de ligno aloës, aut trociſcus de ciperis, ſecundum deſcriptionẽ Io. Meſue. alia die ſuperaſpergat̃ puluis galliæ muſcatæ, alia die alipta muſcata, alia die ambra, maſtix, aloës, roſmarinus, cypreſſus, crocus, gariofili, thimus, myrrha, baccæ lauri, grana iunipi, thus, & cætera eius generis, ſemper unũ p ſe, aut duo uel tria ſimul miſcendo. Poſ

Hippocratis ſolertia circa ignes

Fumigatio

ſunt

ſunt etiã fieri trociſci in hũc modũ, Reci pe thuris unciã unam, corticis citri, meliſſæ ana dragmas ſex, ligni aloës, ſtoracis calamitæ, galliæ muſcatæ ana unciam ſemis, laudani puriſſimi uncias treis, fiãt trociſci cũ piſtello aliqualiter calido, addendo de optima ambra dragmã ſemis, muſci Alexandrini recẽtis ſcrupulũ unũ. Et hæc duo ultima debent addi, quando ſcilicet mollificata iam fuerit paſta, ita ut abſq; piſtelli ulteriore calefactiõe poſſit fieri mixtura. Et his trociſcis utere ĩ tuis fumigijs ſuper prunas iniectis. Alij troci ſcos faciunt hoc modo, Recipe laudani puriſſimi, uernicis ana dragmam unam, therebẽtinæ, maſticis, ſtoracis calamitæ, ana unciã ſemis, gariofilorũ, macis, croci, ligni aloës, granorũ tinctoris ana dragmam unam, galliæ muſcatæ, aliptæ muſcatæ, nucis muſcatæ, ciperi, aſari, behen utriuſq;, calami aromatici, folij Indi, corticis citri, cinamomi, ana dragmas duas, fiãt trociſci ſicut de ſupioribus eſt dictũ. Vel fac trociſcos in hunc modũ, Recipe

Trociſci ad corrigẽ dũ aëra.

Aliud genus trociſcorum.

Aliud genus trociſcorum.

thuris, gariofilorum, bugloſſæ, ana dragmam ſemis, maſticis, myrrhæ ana dragmam unam & ſemis, laudani puriſſimi unciam unã & ſemis, thimi dragmas duas, foliorũ lauri dragmã unã & ſemis, corticũ citri dragmam unam, cinamomi electi dragmas duas, gentianæ dragmã unam, ligni aloes ſcrupulos duos, ſandali citrini dragmã unam, miſceantur inſimul, & fiat puluis, de quo ſuper prunas ponatur: uel fiant formulæ cum ſtorace liquida in modũ trociſcorum. Qui ergo eſt locuples fumigia ſæpius debet alterare. Poteſt etiã quis facere uſiletos, hoc eſt candelas quaſdam paruas nigri coloris, quæ incenſæ miram fragrantiam ſpirant, & fiunt in hunc modum: Recipe laudani puriſſimi, ſtoracis calamitæ, myrrhæ, maſticis, thuris ana unciam ſemis, ſamſuci, id eſt roſmarini, ciperi, roſarum rubearum ana unciam unã, cinamomi, gariofilorum, ſandali citrini, ſpicæ nardi, macis ana dragmam ſemis, carbonum ligni ſalicis libram ſemis, addendo de cam

Vſileti odoriferi.

phora

phora muſco, & ambra ad placitũ ſecundum quod tempus frigidum uel calidum exiget: formentur formulæ ad inſtar candelarũ, & incendãtur quãdo opus fuerit.

DE MEMBRORVM CALEFActione debita, CAPVT V.

CAeterum quũ poſt cibum ſumptũ uolueris calefieri, ſummopere caueto, ne ignem accedas, donec cibus in ſtomacho uideatur iam eſſe repoſitus & quietus, nec calefias abſq; neceſſitate urgente: quod ſi forte frigore læſus, te parum calefeceris ad focũ, quamprimum membra ſenſeris tepefacta, ab igne recedito: & quando calefis, faciem obumbraculo aliquo obnubito, uel panno lineo, uel parte tunicæ, uel ſimilibus. Sin cõtingeret frigus eſſe adeò intenſum, ut abſq; æſtuario, ſiue ſtuba (quales ubique in Germania ſuperiori habẽtur) nõ poſſis degere: & quia in talibus nõ poteſt fieri ignis ab intrinſecus, operæpretium eſt ergo facere fumigia de rebus odoriferis

Quomodo calefiendũ

præſcriptis, ſed ſtatim quũ perfumigaueris, prunæ ſunt efferendæ, ne fumus inde exoriens caput infeſtet. Potes etiam ponere aliquẽ trociſcũ in forulis fornacis, uel ibidem aſſare poma, & pira fragrantia, quia ex odore mirũ in modũ aër rectificatur, & hoc debet fieri tempore hyemis. Aeſtate uero aër depuret̃ ex rebus frigidis, ſicut ex roſis, uiolis, ramis citri, & citranguli, ramis lauri, ramis quercuũ uel ſalicis, uitis, cimbalariæ, uermicularis, & ſimilibus. Et debẽt tales frõdes, ſiue etiã herbæ colligi in bono aſpectu Iouis & Veneris, tempore ſereno & rore iã conſumpto, quia (ut ait Bulcraſis) hoc eſt accõmodatiſſimum tempus colligẽdi herbas. & addes eis aquam roſaceam, & acetum odoriferum, & per habitaculum aſperges. Haud inconſulto etiam foret, facere ductus aquarum in camera ad modum riuuli, uel quod aqua tanquã diſtilletur per domum, & aër cum flabello uentiletur: tali enim ex agitatiõe aëris intoxicatio adimitur, & purificatio eiuſdem

Tẽpus accõmodatiũ colligendi herbas.

abinde

abinde oritur. Scindantur etiam poma & pira odorifera fruſtillatim, aceto & aqua roſarum irrorentur, atq; in caniſtra ponantur, & in plures domus partes collocentur. Linteamina cãdida, & mappæ puræ parietibus habitationum affigantur, quæ madefiant in aceto & aqua roſacea. & quanto habitaculum tuum uolueris habere frigidius, tanto ſæpius lintea ipſa, poſtquàm ſiccata ſemel fuerint, iterum in acetum intingantur. Facies & manus ſæpius debent lauari cũ aqua ſalſa, uel cum aqua roſacea admixto aceto.

DE SOMNO ET VIGILIA, CAPVT VI.

IN æſtate nunquam dormies ſuper lectiſternijs factis ex plumis, eo qđ ſunt calidiſſima, uaporoſa, & inſana: ſed lectus tuus debet eſſe ſubductus de aliquo corio, uel debet eſſe materacea. Linteamina uero ſuper quibus cubare uolueris ponantur tribus uel quatuor diebus ante quàm tibi ſubſternãtur, cum rebus odo-

Qualis eſſe debeat lectus.

Linteamina

riferis frigidis, ſicut cum uiolis, roſis, pomis, piris odorãtibus, & cæteris eiuſmodi. Hyeme autem potes iacere ſecurius ſuper lectis plumeis non nimiũ repletis, propter uaporoſitatem euitandam. Tegmẽtum etiam ſiue opertorium lecti nõ ſit de plumis, eo quod eſſet inſaniſſimũ: et linteamina quæuis ſubſterni tribus uel quatuor diebus collocentur cum rebus odoriferis calidis, ſicut ſunt, Ambra, muſcus, crocus, lauendula, & cætera id genus quæ calida ſunt. Primumq́ꝫ ſomnum faciat uir ſuper ſiniſtro latere tribus uel quatuor horis continuis, mulier uero ſuper dextro: In ſecundo autem ſomno uir iaceat in dextro, & mulier in ſiniſtro latere: nec ſit ſomnus longior ſeptẽ aut octo horis. Anteq̃ꝫ aũt mane ſurgis, perfricabis parumper ſuauiterq́ꝫ totum corpus, deinde caput unguibus, ſed id paulò lenius. Hac in re admoneat te Hippocrates, qui in eo libro qui inſcribitur κατ᾽ ἰητρεῖον ſic reliquit ſcriptum, Dura uidelicet frictione ligari corpus, molliori ſolui, mul-

Frictio qualis eſſe debeat.

ta ex-

ta extenuari, mediocri craſſeſcere. cuius opinionem etiam ſequitur Galenus de ſanitate tuenda libro ſecundo. Et caput cum panno mundiſſimo abſtergatur & fricetur: totum itidem corpus, præcipue & ipſa loca emunctoria. Si quoq; contingeret te ſudare noctu, talis ſudor ſemper cum terſiſſimo linteo abſtergendus eſt. Caue tamen ne in die unquam dormias. dies em̃ uigiliæ, & nox ſomno, à deo optimo maximo, & ab ipſa etiam natura tributa eſt. Quoniam cum ſol uel ad hemiſphærium noſtrum accedit, uel ſuper ipſum incedit, radijs ſuis meatus corporis aperit, atq; à centro (ut ita loquar) ad circumferentiam humores, ſpiritusq; dilatat: quod quidẽ ad uigilias, actionesq; incitat atq; conducit: contrà uero quãdo ſol recedit, omnia coartantur, quod naturali quodam ordine inuitat ad ſomnum. Accedit & hoc quod ſtomachus diuturna diurni aëris actione apertis poris admodum dilatatur, euolantibusq; ſpiritibus tandẽ ualde debilitatur. Igitur ſub-

Somnus diurnus uitãdus.

Somni diurni incõmoda.

eunte nocte nouam ſpirituum copiã exi
git, qua foueatur. Quiſquis igitur uigi-
lat dum tẽpus eſt ſomnum capeſcere: &
quiſquis ſopitus eſt, quando uigilãdum
eſt, is peruerſo ordine motibusq́ naturæ
cõtrarijs tum corpus totum, tum ſpiritũ
ingeniumq́ labefactat. Cauendũ eſt etiã
ne nimium inuigiles: ex nimia enim uigi
lia exiccatur cerebrũ, & uaria atræ bilis
nocumenta oriuntur. Qui uero conſue-
tudine longinqua ad diurnum ſomnum
eſt procliuis, is poteſt dormire ſedendo
in aliquo loco frigido, non aũt iacendo.

Nimia uigilia fugienda.

DE REGIMINE POST EXPERRECTIONEM, CAP. VII.

QVamprimum de lecto tuo ſurrexe
ris, extẽdes leniter omnia membra
quantũ poteris, & fiat crebra excreatio,
uide ut poſſis ſubducere aluũ. Si etiã ſu-
perfluos humores & materias phlegma
ticas de ore & naribus elicere poſſes cõ-
ſultiſſimum foret: cuilibet autem purga-
tioni dimidiam ferè horã concedito. Lin

gua

gua cum cultello obtuſo optime polliat̃, nam &hoc eſt excellentiſſimum præſeruatiuũ contra febres peſtilentiales. Quo facto, manus, os, &nares optime lauẽtur hyeme aqua tepida, æſtate uero frigida, uel melius parũper tepefacta, quia aqua frigida nimis terret ſanguinem, & eſt inſaniſſima. Poſt hoc exiccabis dẽtes, os & nares, & totum caput cum linteo mundiſſimo, & crines pectine à fronte ceruicem uerſus complicabis quadragies, uel paulò plus, tum ceruicẽ panno aſperiori perfrica, & crines aëri exponito, quia ex hoc omnes humiditates & materiæ phlegmaticæ cerebrum &caput offendentes à capite euacuantur & expelluntur, &ex hoc ipſa natura refrigeriũ capit, omnes ſpiritus uitales reſtaurantur, atq; refocillantur, totum deniq; corpus exhilaratur.

Præſeruatiuum bonũ.

Aqua frigida eſt nociua.

DE REGIMINE HABENDO QVANdo domum uis egredi, CAP. VIII.

ANtequàm domum uel habitaculũ tuum egrederis, accipe in pugnũ de aceto fragrantiſſimo ad libitũ, de quo

treis aut quatuor guttas degluties, de cætero uero faciem, nares, manus & os lauabis, quo facto, potes ſumere aliquã medicinam præſeruatiuam, ſicut in ſequentibus docebit. Exinde, ut uiſum fuerit, deambulabis cauſa refrigerij & ſolatij ad aërem pacatum, tranquillum, amœnũ, & ſanum, ubi tempus tranſiges, uel operando, uel legendo, uel ſcribendo, uel eo potiſſimum negocio quod tibi incũbit, donec tempus prandij appropinquet, uidelicet uſq; ad horã octauã uel nonã, uel etiam ad id tempus quo edendi appetitus te prouocauerit, & quum fameſcere incipis, prandiũ nullo modo differatur, quia magis nocumẽti quàm emolumẽti ex tali dilatione oriretur. Nam ut Auicenna pleriſq; in locis ait: tolerare famã, eſt cum malis humoribus impleri, quos ſtomachus attrahit ad ſe loco cibi.

Nocumẽta quæ ex fame oriuntur.

DE REGIMINE IN ESV SERuando, CAPVT IX.

TEmpore Epidimiæ utẽdum eſt euchimis, hoc eſt alimẽtis ſalubribus,

quæ

quæ leuis ſunt digeſtionis, & quæ bonũ afferunt nutrimẽtum, id eſt, quæ bonum ſanguinem generant. Habeamus igitur curam ſtomachi diligentiſſimam, ne nauſeam cruditatémue adducat unquam nimia comeſſatio, & caput offendat. Conſultiſſimum itaq; eſt ſeptima quaq; hora refici alimentis modicis. Nam ſæpe etiã poſtquàm ſtomachus ipſe recoxerit, niſi & iecur quaſi digeſſerit ſumere nutrimẽtum, naturam diſtrahit atque fatigat: qua quidẽ laſſitudine ſæpius præter innumeros morbos, & ipſa ſenectus, intempeſtiuaq; mors ſequitur. Alimenta quæ humidiora ſunt, uel pinguia aromaticis acribus condito, alioquin & humorem alienum membris plurimum inferent, atque putridum: nam & ſi quem neceſſarium naturæ humorem ſuggerant, hunc tamẽ præſtãt citæ admodum corruptioni obnoxium. Tradit autem Arnaldus de uilla noua, animantes, herbas, fruges, poma, uina, ex altis odoriferisq; regiõibus eligere oportere, quas uẽti temperati fere-

Cura ſtomachi circa nauſeam cruditatẽq; habenda.

Pericula ex crebra comeſſatione.

Alimenta humida & uiſcoſa quomodo ſint corrigẽda.

Electio alimẽtorum.

nant, & ſuaues ſolis radij fouēt, ubi aquæ nullæ ſtagnant, ubi culta ſterquilinio nō pingueſcunt, ſed proprio & natiuo humore, ubi etiam quæcunq; naſcūtur, diu permanēt incorrupta. Ad frigida nimiū uel calida nimium alimenta cautiſſimus eſto, ſi feruet aër epularū humor calorē ſuperet. Tempore autem peſtilenti non probantur carnes humidiores, non duræ ſimul atq; ſiccæ, ſed mediæ quædā, ut gallinaceorū, pullorum, phaſianorum, perdicum, capreolorum, uitulorū iuuenū. Ne incipiat à potu menſa, neq; potus ſit ſemel uberior. Famē ſi cōmode fieri poteſt, cibus, ſitim, potus expectet: auiditas utriuſq; hoc præcipue tempore menſe ſuperſit, faſtidium & ſaturitas procul abſint. Abſtinendū eſt autem ab his quæ ob nimiam humiditatem, & uirulētiam, & unctam, uiſcoſamq; materiam, ſtomachum relaxando debilitāt, aut quæ propter duritiā ægre concoquuntur, de quibus ſunt ea quæ poſt menſam palato ſaporem reddunt moleſtiorem, ſiue inflēt, ſiue

Quæ carnes ſint ſalubres.

A quibus cibis ſit abſtinēdum.

ſiue caput multis uaporibus impleāt, ab omnibus in primis quæ facile, uel extra aluum, uel in aluo putrefiunt. Liquidiores autem epulæ prius ſumēdæ quàm duriores, mandere uero oportet antequàm deglutiantur ſingula: exactiſſime fouendus ſtomachus. Omnes cibi mali deuitandi. Cibos autē malos intelligo unà cū Galeno de differen. febriū lib. primo capite 4. qui aut ex natura mali ſunt, atq; etiam qui boni ſunt ex natura, ſed ob putredinem quandā, prædictis æquale, aut maius ſæpenumero uitium acceperunt, partim ob temporis longitudinem ad putridam diſpoſitionē deducta, partim ſitu ac carie quadam repleta, quia praue repoſita ſunt: partim ex prima generatiōe ab ipſa rubigine uitiata: qui enim talibus utuntur, plerūq; febribus putridis, ac peſtilentibus occupantur, uel puſtulis ſcabioſis, aut leproſis corripiuntur. Qui ergo uitam in corpore uult producere, ſpiritum in primis excultum augeat nutrimentis ſanguinem generātibus tempe-

Cibi mali qui dicantur.

ratum atq; clarum. Magorum certe, Platonisq́; ſentẽtia fuit, corpus totum ab ijs pendere. Aeſtate itaq; cauebis à cibis calidis & condimentis calidis, omnia eſculẽta tua ſint cocta cũ aceto, uel cum aqua acetoſæ & agreſtæ. Acetũ quippe, teſte Galeno octauo pharmacorũ, uarias habet operatiões. Et ut tradit Caſſius Felix, illud quod acetũ roſarũ dicimus conducit caliditati membrorum, & calorem ſtomachi ſupernaturalem tollit. Acetoſa uero, Serapione teſte, appetitum prouocat, & ſecundũ Pliniũ in naturalibus, ſingularem uirtutem habet contra Epidimiã, præcipue ſi addatur tiriaca. Hyeme uero ab omnibus eſculentis frigidis caueto, calidis utere ſecundum fortitudinem & robuſtatẽ complexionis tuæ, & talia ſint condita cũ zinzibere, cinamomo, gariofilis, croco, & ſimilibus, excepto pipere, quod nulli prodeſt niſi pinguiſſimis, humidis, phlegmaticis, & ſuperfluis humoribus repletis, qui eo poſſunt uti, quia facit macrum, & conſumit

Qui cibi obſint æſtate.

Aceti uirtus.

Acetoſæ uis.

Qui cibi noceãt hyeme.

Melanopiperis efficacia.

atq;

atq; exiccat humores ſuperfluos in homi
ne, quum ſit calidum & ſiccum in quar-
to gradu. Homines ſani nullo prorſus e-
gent condimento cibariorum, quàm ſo-
lo ſale, quod prohibeat putrefactionem *Salis uir-*
corporũ eorũ, quæ ſunt parata putrefie- *tus.*
ri propter humiditatem ſuperfluam quæ
eſt in eis. Secundum enim Dioſcoridem
abſtergit, mundificat & reſoluit, & facit
cibum citò ad ſtomachum deſcẽdere, ut
teſtatur Ariſtoteles in libro de ſenſu &
ſenſato. Hyeme carnes & piſces, quibus
ueſci uolueris, meliores & ſaniores ſunt *Aſſatis hye*
aſſæ quàm coctæ uel bullitæ. Aeſtate pa- *me utẽdũ.*
rũ toſti manducabis unà cũ ſalſa facta ex
aceto, uel ex herbis acetoſis frigidis: me-
lius tamen foret omnino abſtinere à to-
ſtis eo tempore. Cibi leuiſſimæ digeſtio *Bullitis æ-*
nis, ut ſunt ius carniũ, pulli cocti, pultes, *ſtate ueſcẽ-*
aues non paluſtres, & ſimilia debent edi *dum.*
in principio comeſtionis. Alios uero qui
durioris & difficilioris ſunt concoctio-
nis: ſicut ſunt aſſata, frixáq;, ultimo mãdu
cabis, & omnia perquàm optime maſti-

centur antequàm deglutiantur, ut ſupra etiam admonuimus. Vinum ſit odoriferum, clarũ, ſuaueq́ꝫ, quod aqua indiget: tale eñ, ut Iſaac in particularibus diætis ait: magnis Tiriacis eſt perſimile, eo qđ habitudinem corporis frigidã calefacit, refrigerat calefactam, humefacit ſiccam, humidiorem uero deſiccat, atqꝫ, ut Galenus ait, naturalem humorem recreat, calorem fouet, utrũqꝫ contẽperat: ſed operæprecium eſt miſcere uinum tale.

Quale debeat eſſe uinum.

VARIETATEM EPVLARVM ſumme uitandam, CAP. X.

ANimia epularũ diuerſitate tempore peſtifero maxime eſt abſtinendum, quia irritãt hominem ad exceſſum, & impediunt ſtomachum, faciuntq́ꝫ multas in corpore humano oriri ægritudines, ut non illepide Cordubenſis ille Seneca dixiſſe uideatur: Multos morbos multa fercula fecerunt. & alibi idem inquit: innumeros eſſe morbos non miraberis, cocos mirare. Nihil autẽ eſt ſic iocũdum, ſicut cibus bene digeſtus aut decoctus:

Diuerſarũ epularũ pericula.

coctus:nihil ſalutem, nihil ſic ſenſuũ acu men operatur, nihil ſic ægritudines abigit atque depellit, quàm moderata refectio. Sufficientia quippe cum nutrimento & ſoſpitatem ſimul procreat & uoluptatem, abundantia uero morbum facit, & moleſtias ingerit, & ægritudines generat: quod enim fames facit, hoc etiam plenitudo cibariorum, magis aũt & multa peiora. Fames quippe in paucis diebus aufert hominẽ, & liberat eum de hac uita pœnali: exceſſus uero ciborum conſumit, & putreſcere facit corpus humanum, & macerat ægritudine diuturna, & tunc eum morte crudeli conſumit. Vnde & Galen. in eo libello, cui titulus eſt exhortatio ad bonas artes & medicinam, Athletas, quarũ uita & ars ſagina eſt, dicit nec uiuere poſſe diu nec ſanos eſſe, animasq́ nimio ſanguine & adipibus quaſi luto inuolutas, nihil tenue, nihil cœleſte, ſed ſemper de carnibus eructare, et uẽtris ingluuiem cogitare. Ciborũ itaq; temperantia ſalutem, àbundantia uero

Moderatæ refectionis cõmoda.

Repletio peior fame, licet utrũq; ſit malum.

Repletionis incommoda.

cōtrarium facit. Noli ergo eſſe auidus in omni epulatione, & ne te effundas ſuper omnem eſcam, in multis enim eſcis erit infirmitas. Nihil enim eſt deterius, quàm diuerſa nutrientia ſimul ingerere atq; intrudere, & poſt in edendo tempus prolongare. Nempe immarceſcūt epulæ ſine fine petitæ, Horatio teſte. Hinc etiam Auicenna quodam in loco ait: Non gaudeant abundanter ſeſe reficientes, ſi non continuo infirmantur, quoniam poſtmodum pernicioſius ſuccumbēt. Homines enim quibus dominatur ſenſus, edunt ut uiuant: contrà homines beluino ritu degentes, uiuunt ut edant & deuorent. O quàm grande igitur periculum imminet ijs qui cibis continuis ſeſe ſaginant atq; ingurgitant, qui plus ingluuiei & uoracitati inſeruiunt, quàm ſanitati corporis. Vnde præclarum me Hercule & lepidū eſt illud dictū Raſis. Summopere eſt obſeruandum, ut cibos ſibi cōſuetos quiſq; accipiat, & toties edat, quoties cōſueuit. Si autem cōſuetudo deprauata fuerit, ab

Multæ eſcæ, multæ infirmitates.

Conſuetudo uiciata p[au]ulatī debet corrigi

ea omni-

ea omnino gradatim permutari debet, & illam non repente, ſed ſucceſſiue, paulatim, & ordinate deſerere, & ad meliorē tranſire. Natura enim ſubitas & repentinas alterationes non patitur, Galeno & Auicenna teſtibus. Quicūq; ergo tempore peſtilentiæ, dum aër eſt infectus, cibo uel potu nimium ſe obruit, citiſſime inficitur. Si enim uinum uel nimium, uel nimis calidum fuerit, caput ipſum humoribus, peſſimisq́; fumis implebit, adde qđ insaniam plerunq; facit ebrietas. Cibus uero nimius primum quidem ad ſtomachum in ipſo coquendo omnem naturæ uim reuocat, & inepte coctus multis & craſſis uaporibus humoribusq; ſpiritus & aciem mentis hebetat, obfuſcat, & obtundit. Plerunq; etiam inducit apoplexiam, id eſt opilationem omniū uentriculorum cerebri ab humiditate ſuperflua, & ſic ait Arnaldus de uilla noua, ſe uidiſſe Neapoli militem qui cū ſurgeret de lecto, & uoluit calceos induere, ſtatim à maiori apoplexia inuaſus, mortuus eſt.

Ebrietatis nocumēta.

Voracitatis incommoda.

Apoplexia ex uoracitate.

&ſic pleriq; noſtra etiam ætate epulones atq; bibones corripiuntur, ita ut priuentur omni ſenſu & motu, ut etiã eos mortuos ſæpe iudicemus. Multa quidem genera ægritudinum poſſem in mediũ adferre, quas crapula atq; ebrietas tanquã parentes nutriunt, ſed ſufficiat repletionem omni uitio deteſtari magis. Ideoq́; gradus naturæ (quæ pauciſſimis, ut Cicero ait, eſt cõtenta) ad amuſſim ſunt obſeruandi. Nõ enim immerito Lucanus exclamat: O prodiga rerum luxuries, paruo nunquam gaudere paratu, & quæſitorum terra pelagoq́; ciborũ ambitioſa fames & lautæ gloria mẽſæ diſcite, quàm paruo liceat producere uitã. Melius certe eſt, ut Auicenna refert, ægrum refici pauco, & aliquantulum prauo cibo cum appetitu & delectatione, quàm plurimo & optimo præter appetitũ, quia, ut iam ſæpius diximus, ex repletione mortalia oriũtur incommoda, præcipue dum aër eſt intoxicatus, & per conſequens difficillima eſt talium cura. Natura certe debilis

Natura paucis contenta.

bilis nutrimentorum pondere nõ eſt oneranda, uel etiam diuerſitate epularum diſtrahenda. Qui ergo moderate, & cũ diſcrimine, moderamine, & poſtulatione naturæ cibum ſumit, & ſuperflua corpus offendentia per laxatiua educit, atq; ſoluit raro, uel ſi aliquãdo, leuiſſime tamen affligitur, & talis facillime cũ medicinis ſequẽtibus, deo adiutore, poterit ſanari. Itaq; pie conſulo unicuiq;, ut à nimia uoracitate ſe abſtineat: plures em̃ moriunt̃ crapula, quàm gladio, Apoſtolo teſte, meoq; conſilio in uno paſtu ultra tria fercula non edes, ſemper ceſſando dum adhuc habes appetitum comedendi. Cæterum quod de repletione diximus, itidem de inanitiõe intelligi uolumus: fames em̃ æque eſt nociua tempore Epidimiæ, ſicuti gula: naturam enim ſpoliat uiribus ſuis, & ſpiritus uitales hebetat, extraneos & extranaturales calores ſæpius inducit, quapropter æque uitanda eſt atq; repletio.

Natura debilis nõ eſt aggrauanda pondere nutrimẽtorum.

Famis incommoda.

PHILIPPI VLSTADII NORICI DE CIBIS PROFICVIS, CAPVT XI.

Ciceris rubei uirtus.

CIcer rubeum ex lixiuio lotum, pelle abſtracta, ſæpe manduces: habet enim uirtutem humectandi uentrem, ſecundum Auicennam, & eſt plurimi nutrimenti, & ualet ad opilationē ſplenis, ſecundū Galenū, & hepatis & fellis: & nutrit pulmonē melius quàm ulla alia res. Addes autem ſaluiam, maioranam, petroſelinū, hyſſopū unà cū modico oleo oliuarum, ſi modo habere potes. Quod ſi deſit, addes de butyro recēti optimo ad libitum. Coques etiā ſæpe boraginē, bugloſſam, bletam, endiuiā, lactucam, portulacam, acetoſam, & alias herbas frigidas, quæ optimæ ſunt & ſaniſſimæ tali tēpore. Ius de gallinis & bobus iuuenibus unà cū petroſelino, uel prædictis herbis maxime opportunū eſt. Oua recētia tempore æſtatis teſta ablata, & in aquā præcipitata ſunt ſaluberrima: tēpore autem hyemis albumē debet abijci. Quæ ſi uis bullire, impones in aquam ipſam, in qua

Oua quomodo paranda & hyeme & æſtate.

perbul-

perbulliri debent agreſtam, acetoſam, & ſimiles herbas: tempore æſtatis addendo ſal, hyeme uero addes nucem muſcatã: & ſemper debẽt edi in principio paſtus. Pultes ex ouis, piris, pomis ſunt ſaniſſimæ: & pira uel poma toſta ſupſperſo ſaccaro. Caro ceruina iuuenis optima, hœdina itẽ, caprina ac uitulina, gallinæ, aues, caſtrati galli pingues, & ſimilia ſunt eo tempore ſaniſſima. Rariſſime autem bouina carne ueſcere. Nã ut Iſaac in diætis particularibus tradit, ſicciſſima eſt; ideo generat ſanguinẽ groſſum, et turbidum, & melancholicũ, & eſt inobediens digeſtioni, tardeq́ de ſtomacho eijcit̃, & uentrem conſtipat. Hoc idem facit caro bubula: quod ſi quando uel bouina uel bubula uis ueſci, id fiat potiſſimum tempore prandij propter digeſtionem. Verum ſi aliqua præpeditus es ĩfirmitate lethaliter ab huiuſmodi caue carnibus, potes tamen ius earũ ſorbere. Caſeos etiã uaccæ uel ouis medios inter recentes nimis, & nimis antiquos, parumq́ ſalſos, pote-

Caro bouina qualis.

Caro bubula qualis.

Caſei commoda atq; nocumẽta.

ris in fine paſtus edere ſuper pane aſſato, ſecus minime. Nam & ſecundum Conſtantinum faciunt calculum tam in renibus & ueſica, generant ſtranguriam & diſſuriã, & malos humores in capite atq; in cerebro gignũt, quod & Galenus teſtatur, tertio de alimẽtis, capite proprio.

Arietinæ carnes quales.

Arietes non admodum probantur, habent eñ carnes calidiores, ac minus humidas, quàm ſunt carnes ouiũ, ac duriores ad digerendum. Cæterum arietes in iuuẽtute manentes, minoris ſunt humiditatis & uiſcoſitatis, propter ætatis ſiccitatem, eorum complexioni dominantẽ. Idcirco eorum caro melior eſt agnis & ouibus, quia ſi bene digeruntur, bonum ſanguinem generant, maxime ſi caſtrati ſunt, quia caliditas & humiditas eorum temperatæ ſunt, unde boni ſunt ſaporis.

Perdices & phaſiani ſũt ſani.

Perdices & phaſiani tẽperatiſſimæ ſunt qualitatis, & carnes habent leuiores ac ſubtiliores cæteris auibus ſyluaticis, ideo confortant hominem, & ſunt de alimẽtis euchimis.

Caro leporina qualis.

Caro leporina & ſi ſicca ſit, & groſſum

groſſum generet ſanguinem, melior tamen eſt hircinis & caprinis iuuenibus: proinde ualet ſiccas uolentibus habere complexiones, eſt tamen cõtraria tenuẽ ſeruantibus diætam, quia frigida & ſicca eſt, ſtomachum tamen optime mundificat. Galli carnes groſſiores ſunt ad digerendũ, & minoris humiditatis, quàm gallinæ uel gallinacei: decrepiti tamen galli carnes teneriores habẽt quàm iuniores. Gallinaceus autẽ habet carnes ualidiores omnibus uolatilibus, bonũ ſanguinem generat, & eſt optimum nutrimentum. Ex gallinis (Galeno teſte libro tertio alimentorum capite 12.) in cibo melior eſt illa, quæ nondum parit oua: antiqua uero praua & difficilis cõcoctionis. Puluis optimus ad condiendum cibaria fit hoc modo, Recipe granorum paradiſi, tormentille, dyptami albi ana unciam unam, cinamomi ſubtilis, gariofilorum ana unciam ſemis, puluerizẽt, & cũ ſaccaro miſceantur. Tempore æſtatis propter frigiditatem & laxationem poteris

Galli caro qualis.

Gallinacei caro q̃lis.

Gallinarũ caro q̃lis.

Puluis ad condiendũ cibos.

Quibus fructibus terræ ſit

utendum tempore æſtatis. uti terræ fructibus, q ſint leuiſſimæ dige ſtionis, ſicut ſunt poma granata, ceraſa, pruna, perſica, neſpili, mora immatura, ſed tamen prius debent excorticari, & in aquam recentẽ poni, & in principio pran dij uel cœnæ ſumi. Quando uero ederis perſica, nucleum quoq; ipſum mãducabis, deinde potabis de uino puro nõ limphato, & hoc propter nimiam frigiditatem eorũ, quia alioqui magis nocerent, quàm prodeſſent.

DE CIBIS NOCIVIS, CAPVT XII.

VItanda ſunt maxime alimenta pinguia, uirulenta, uiſcoſa, uncta, atq; glutinoſa, uel quæ facile putreſcere ſoleant, eo qđ malũ generent ſanguinẽ. ſan- *Sanguis unde.* guis uero (ut nulli ferè eſt obſcurũ) à uirtute naturali, quæ in iecore ſtomachoq; uiget, efficitur: ſi ergo ſtomacho groſſa, putrida, ac dura exhibẽtur, groſſum, putridum, atq; durum efficiunt ſanguinem. *Caro agni lactantis qualis.* Caro igit̃ agni lactantis (ut Iſaac in præmemorato refert libro) in uiſcoſitate, ui-

cina eſt porcis ſylueſtribus propter uici-nitatem uuluæ, & humiditatẽ lactis quo nutritur: proinde non eſt laudabilis, quia indigeſtibilis, & lubricitate ſua de ſtomacho deſcẽdit. Indigeſtibilis autem præcipue, ſi comedentes, ſtomachum humidum ex defectu habeant, ideoq́ Galenus in libris alimentorum uituperat agnos lactantes. Annales uero mediocrem habent complexionem inter lactantiũ humiditatem, & iuuenum ſiccitatem, ideo cæteris ſunt meliores, & ad digerendum faciliores, ſanguinem melioremgenerãt. Agnina caro robuſtis & ſanis ualde eſt ſana, ſed infirmis infirma, quia & ſi à ſtomacho facile deſcendat, difficile tamen à membris ſoluitur; ideoq́ uiſcoſum genetat humorem. Hircina caro mala eſt abſolute, quia, Auicenna teſte, frequenter generat febrẽ quartanam. Porcina caro (ut tradit Galenus libro tertio alimentorũ, capite 1.) eſt calidæ & humidæ complexionis, boni eſt nutrimenti, & multũ ſanguinem generat, ſed difficillimæ eſt cõ-

Agnina caro qualis.

Hircina caro qualis.

Porcina caro qualis.

coctionis, & ſalſa plus prodeſt homini-bus ſubtilis complexionis quàm recens. Caro anſerum & anatum (quemadmodũ tradit Raſis) groſſa eſt plures habens ſu-perfluitates, & multum facit faſtidire, & maioris caliditatis eſt, nõ tamen plus nu-trit, quàm caro gallinacea: & dicunt qui-dam quod infrigidatum calefaciat, cale-factum uero faciat febricitare. Gruis itẽ caro groſſa eſt (eodem autore perhiben-te) quæ & tarde digeritur, & ſanguinem melancholicum generat. Inter piſces aũt & ſi omnes ſint humidæ & frigidæ natu-ræ, inſaniſſima tamẽ eſt anguilla, quia ex uiſcoſitate & limo aliorũ piſcium naſci-tur. Lac quoq; (ita inquit Raſis in tertiũ Almanſoris) dum adhuc eſt recẽs, eſt fri-gidæ & humidæ complexionis, multi eſt nutrimenti, pingueſcere facit, & bonum ſanguinem generat. Verũ ut tradit Hip-pocrates ſecũda particula aphoriſmorũ, eſt inſanũ ualde, quia quandoq; coagula tur in ſtomacho, ex ꝙ ulterius malus an-helitus efficitur: aliquando etiã lac in ſto-

Caro anſerum & anatũ qualis.

Caro gruis qualis.

Anguilla inſana.

Lac.

macho

macho aceſcit & excoquit, & ex eo generantur iterum mali humores inficientes anhelitũ. Omnia ſalſa, ſicut piſces uiſcoſi non ſquamati, cancri fluuiatiles, & carnes ſuinæ tam ſylueſtres quàm domeſticæ, omnes deniq; uolucres paluſtres, omnes fructus herbarum & olerũ, inteſtina boum, & uitulorum, ſiue pedes, cerebella, epar, pulmo, ſplen, cor, & cætera cuncta indigeſtibilia, quæ in patellis torreri ſolent, tẽpore peſtifero omnino ſunt uetita. Eſt etiam ſummopere cauẽdum, ne in tali tempore piſces & carnes in uno paſtu ſimul edãtur, quia ex hoc maximũ periculum emergeret. Tempore ieiunij & diebus abſtemijs, quibus nõ ueſcimur carnibus, poteris manducare piſces ſquamatos in pura aqua fontis perbullitos, cũ modico aceto, quibus comeſtis treis aut quatuor iuglandes recẽtes edes prius excorticatas, & in aceto poſitas, quia hæc eſt approbatiſſima tiriaca omnium piſcium, & ſaniſſima. Potes tamẽ etiam corrigere malitiam piſcium cum puluere ſe-

Salſa oĩa eſſe uitãda

Piſces & carnes non debent ſimul edi.

Tiriaca piſcium optima.

Puluis corrigens maliciã piſciũ

quenti: Recipe zinziberis albi, cinamomi electi ana unciam unam, coriãdri præparati dragmas duas & ſemis, gariofilorum, cardamomi, nucis muſcatæ ana dragmam unam & ſemis, raſuræ eboris dragmam ſemis, coralli rubei dragmam unam, radicis tormentillę, dyptami albi, ſandalorum trium ana dragmam ſemis, croci ſcrupulos duos, raſuræ unicorni ſcrupulum unum. fiat puluis, quo uteris omni uice, quãdo piſcibus eſt ueſcendũ.

Qualis debeat eſſe panis.

Panis tuus ſit bene piſtus, ſit de frumento nouo, quod nõ delituerit ſub terra, ſit coctus lignis non putridis, & ante comeſtionem piſtus duobus uel tribus diebus: bene fermentatus & ſalſus, ponendo in ipſam paſtam modicam quantitatem de aniſio.

Proportio panis ad omnia genera alimẽtorum.

In omnibus conſidera hoc, cibus eſto duplus ad potum, panis duplus & ſeſquialter ad oua, triplus ad carnes, quadruplus ad piſces, herbas, & cæteros fructus humidiores, & ſemper ſtipticum aliquod abſq; potu uel modico mẽſam ſequatur. Diligenter etiam obſerua, quod dicit

dicit Marſil. Ficinus de triplici uita, non confidendum eſſe, ex alimentis quæ breui putreſcunt, humorem nos comparaturos diuturnum, & à putrefactione remotum, quocirca delectus in cibis peroptime habendus.

DE REGIMINE IN POTV SERuando, CAPVT XIII.

NVnquã incipiat à potu mẽſa, quia hoc eſt inſaniſſimum, ſed ſemper unum ferculum integrum, uel plus ſi potes, edendum eſt antequàm bibatur, quo fundamento cibariorum poſito potes libere bibere, ſed tamen modice, & eo ſæpius. Immoderati enim hauſtus multarũ infirmitatum cauſa ſunt. Vinum quod bibere uolueris ſit tale, ut ſupra diximus, & ſit antiquum duorum annorum & nõ ultra: & ſi nimis forte eſt debet limphari cum aqua fontis pura, & pro una parte aquæ pones ſex partes uini, uel plus aut minus, ſecũdum quod ipſum uinum uel etiam cõplexio tua exegerit. Mixtio aũt & limphatura talis uini fiat una hora, uel

Moderate eſſe bibendum.

Quale debeat eſſe uinum.

duabus ante paſtum, ut perquàm opti-
me unũ alteri incorporetur & inmiſcea-
tur. Si uero non eſſet opportunum tale
temporis habere ſpatium, merum ipſum
in duobus cyathis, uel uaſculis ponatur,
& de uno in aliud transfundatur tandiu,
donec ſpumam albam & denſam acqui-
rat, & ita erit ſaniſſimum. Sunt aũt non-
nulli medicorum qui dicant potum debe
re miſceri cum aqua acetoſæ, & hoc ma-
xime commendant. Alij uero imponunt
ſaluiam recentẽ, hyſſopum, rutham, bo-
raginem, & cætera. Volunt etiam non-
nulli & conſulunt quod peracto paſtu bi
batur hauſtus aquæ frigidæ, & dicunt qđ
conſeruet calorem in ſtomacho, & pro-
ſit ne uapores aſcendant, & ij uidentur
ſequi opinionẽ Raſis, quam ponit in ter-
tiũ Almãſoris, ubi inquit, aquam frigidã
humiditatem in corpore cõſeruare, quæ
ſubtiliet ipſum cibũ, & per ipſam cibus
penetrabilior fit: ſed moderate de ea bi-
bendum eſſe cenſet, quia malas quoque
habet qualitates. Cæterum ego facile di-
xerim

Aquæ frigidæ utilitas.

xerim, aquam frigidã bibere poſt paſtũ ualde eſſe periculoſum, & cauſa quæ me mouet eſt hæc: Vnum enim contrariorum expellit aliud, ut inquit Ariſtoteles primo de generatione & corrupt. Sed quia aqua eſt ſum̃e frigida, ergo ueniens ad ſtomachum impedit digeſtionem & calorem digerentem. Proinde nolo ſuaſiſſe uel diſſuaſiſſe, utræq; enim opiniões ſuas habent confirmationes. A muſto uero caue, & non bibas de eo donec bene clareſiat. Inter prandium & cœnã, ſi uis eſſe ſaniſſimus nihil edas uel bibas, niſi forte aliquas ſumas medicinas, ſicut paulò infra dicet. Prãdio itaq; uel cœna peracta, facta gratiarum actione, ut dignũ & iuſtum eſt, parum in menſa quieſces, deinde deambulabis per mediam horã, poſt iterum quieſces modice, deinde ſecundum ritum & conſuetudinem tuã potes operari quod intendis. Si tamen inter paſtus uelis bibere, bolũ panis prius comedes. Panis enim uini catena eſt, teſte Galen. Ante cœnã, ſi fieri poteſt, deiicies

Incõmoda ex potu aquæ frigidæ emergẽtia.

Muſtum cauendũ.

Panis uini catena.

aluum, quia hoc eſt ſaniſſimũ, & poſtea potes cœnare, ſed modice, ita ut ſcita & modica cœna matutinam cruditatem diligẽtiſſime euitemus. Cœna finita deambulabis ad omne minus per unam horã integram, & non ibis cubitũ, niſi duæ aut tres horæ à cœna effluxerint.

DE LVXVRIA VITANDA, CAPVT XIIII.

Quibus coitus maxime obſit

ALmanſor in quarto ait, habentes corpora ſicca abſtineant à coitu tanquam ab inimico interficiente, aliarũ tamẽ complexionum homines moderate eo uti poſſunt. hominibus enĩ calidæ & humidæ complexionis plus licebit, quã ijs qui frigidæ & humidæ ſunt qualitatis.

Fructus coitus moderati.

Coitus enim ſi eſt moderatus alleuiat corpus (ut inquit Auicenna & Conſtantinus in libro de coitu) & animam exhilarat, caput & ſenſum cõfortat, & aufert multas ægritudines melancholicas, quia expellit fumum ſpermatis de cerebro, & educit materias apoſtematicas: uerum ſi eſt immodicus, ſubitò ſpiritus corporis

Immodici coitus pericula.

ſubtiliores

ſubtiliores exhaurit, cerebrumq́; debili- tat, labefactat ſtomachũ atq; præcordia, & ſæpius inducit febres acutas, quum ſit amiſſio puræ humiditatis, ſecũdum Ariſtotelẽ ſecundo de generatione animalium, oẽs corporis uires eneruat, & ipſum corpus calore ſupernaturali & uehementi moleſtat, uexat & deſtruit, omnes deniq; ſenſus debilitat & infringit, & totam complexionem humanam ad nihilũ deducit. & maxime abbreuiat uitã, ut uult Ariſtoteles de longitudine & breuitate uitæ. Venus certe ipſa adeò eſt noxia, nõ ſolum hominibus, uerum & plantis, ut ipſas etiã herbas ſtatim producto ſemine ſiccet, & marceſcere faciat. Hippocrates eam morbo comitiali ſimilem iudicauit, quia mentem quæ ſacra eſt percutit, tantũq́; obeſt, ut Auicenna in libro de animalibus dixerit: Si quid ſpermatis, ſupra quàm natura toleret, coitu profluat, obeſſe magis quàm ſi quadragies tantundem ſanguinis emanarit. Ideoq́; non immerito à medicis conſultũ eſt, ut tem-

Coitus quid.

Coitus e pilẽtiæ c paratur a Hippocra te.

pore peſtifero quis à coitu abſtineat, ne per ipſum in maius diſcrimen peſtis ſcilicet incidat. Quod ſi contingat te uxoratum eſſe, fœminãq; opprimere uelis, ut aliquando ipſis aſſentiẽdum eſt, caue ne id fiat ante mediam noctẽ, quia digeſtio prius debet fieri in ſtomacho: nihil enim ſtomacho eſt adeò peſtilẽs quàm coitus, ſi uel ſaturo uel eſuriente concũbas: quo peracto, caue quantum poteris ab omni aëre per integram horã ad omne minus. Semper prouerbium hoc animo uolue, Ne quid nimis. Itaque aſſiduo prudẽtiæ frenis libidinem ipſam cohibebis.

Quo potiſſimũ tẽpore ſit coeundum.

DE TIMORE ET TRISTITIA fugienda, CAPVT XV.

TImor atq; imaginatio frequẽs mentis cerebrum ualde exiccat. Igitur humore magna ex parte detrito & conſumpto, quod caloris naturalis pabulum eſt, & ipſe calor quoq; plurimũ ſolet extingui. Præterea ob frequẽtiſſimas triſtitias, timores atq; graues & melãcholicas imagi-

Imaginatio cerebrũ exiccat.

imaginationes & phantaſmata, ſpiritus ipſi mouentur & reſoluuntur. Reſolutos autem ſpiritus ex ſubtiliori ſanguine inſtaurari eſt neceſſe, quapropter ſubtilioribus clarioribusq́ſ ſanguinis partibus ſæpe conſumptis, reliquus ſanguis neceſſario denſus redditur & ſiccus, & ater & putridus. Accedit & hoc, qđ natura in grauibus & anxijs imaginationibus cerebro, cordiq́ſ prorſus intenta, ſtomachum, eparq́ſ deſtituit: quare alimentis præſertim uel uberioribus, uel durioribus male concoctis ſanguis inde frigidus craſſusq́ſ & niger efficitur. Ideo hoc potiſſimum tempore omnis timor, triſtitia, imaginatio, & melancholia uitanda eſt, ne ſubtilem ſpiritum inficiat. Certe ſecundum omnes philoſophos, ſpiritus eſt uapor quidam ſanguinis purus, ſubtilis, calidus & lucidus: ſicut etiã apud omnes medicos deſcribit̃, qui ab ipſo cordis calore & ſubtiliori ſanguine procreatus uolat ad cerebrũ, ibiq́ſ animus ipſo ad ſenſus tã interiores quàm exteriores

Spiritus quid.

Detrimenta quæ ex grauibus imaginationibus emergũt.

exercendos aſſidue utitur. Si itaq; uolubilibus grauium phantaſmatũ curis nos onerauerimus, reddemur abſque dubio Ptiſici & Ethici, omnemq́; medullam & totius corporis uires perdemus, ex quo defectu quàm miram aptitudinem ad peſtilentiam homo poſſit acquiri, omnibus ferè eſt liquidum. Sicut enim flãma duobus cõmuniter modis uiolẽtis extinguit, aut uelut difflata uentis, aut contrà quaſi cõpreſſa cineribus: ſic ſpiritum uel celeriter effectu uenereo diſſipamus, uel ſenſim Saturnino effectu, hoc eſt melãcholico & imaginatorio ſuffocamus, ac ſæpe exprimimus, comprimẽdo pariterq́; reſoluimus. Spiritus utiq; frequẽter ad extima uolans, intima reddit uel uacua, uel aliena uitæ: ſed ad intima ſæpe coactus, cætera circum mẽbra præſtat uitæ minus idonea. Vnuſquiſq; igitur ſeipſum agnoſcat, ſuiq́; ipſius moderator atq; medicus ſit. Iracũdia etiam ſummopere eſt euitanda tempore Epidimiæ. Ait enim Galenus de differẽtijs febriũ lib. primo, capite

Duobus modis conturbatur ſpiritus.

Iracundia euitãda.

capite quarto: Iracundia eſt quaſi ebulli- tio quædam, ac motus uehemẽs, iraſcen tis facultatis in ipſo corpore cordis reſi- ſidentis. Cõcaleſcit autem cum ea inter- dum ſpiritus, atq; interdum ſanguis, & ſi prompte ſe habeant ſuſcipientia corpo- ra ad continendum diutius caliditatẽ, & quamuis ipſius cordis motus deſtiterit, hæc calida permanet præter naturã, tunc febricitare hominem neceſſe eſt. Non ta men uolumus dixiſſe, quod qui ob iracũ diam febricitet, propter putredinem fe- bricitet: fit enim hoc propter ebullitionẽ ſanguinis circa cor, ut Galenus prædi- cto libro cap. 7. Sed tamẽ poteſt corpus facere habile ad ſuſcipiẽdam aliquã qua- litatem, à qua poſtea in putredinẽ poteſt delabi. Nec etiã gaudia nimia ſunt quæ- renda, in ocio præcipue, ſed mediocriter delectandum in operando aliquid, & ali- quando tempus exigendo in inſtrumen- tis muſicis, uel cantãdo, & ſimilibus, quæ timorem & anguſtiam, omnemq; triſti- tiam à corpore & mente abducũt, & ani-

Iracundia quid.

Gaudia nĩmia fugienda.

mum lætum, hilarem atq; placatum red-dunt. Cantus certe & inſtrumenta muſi-ca ſæpiſſime ſolamina ſunt maximorum laborum, & depulſiones grauiſſimarum ægritudinum, diuturnæq; pignora uitæ. Sicut enim res qualitate temperatiſſimæ ſimulq; aromaticæ, tum humores inter ſe tum ſpiritum naturalem ſecum ipſæ con temperant: & ſicut odores eiuſmodi ſpi-ritum uitalem, ſic etiam concentus har-moniaci animalem oblectant, fouēt atq; ſuſtentant. Per hos enim mēbra excitan-tur ab omni torpore, & uigore ſuo natu rali magis eniteſcunt. Timor etiā omni-no eſt propellendus. plures enim moriū-tur in Epidimia propter timorem aut ue recundiam, quàm qui ex mala negligen-tia, ſeu potius contemptu morbū flocci-faciunt. Eſt igitur mala defatigatio cor-poris, peior animi, utriuſq; ſimul peſſi-ma, oppoſitis hominem motibus ſimul diſtrahēs, uitamq; diſperdēs, & ideo à la bore repentino & celeri, ex quo poſſit oriri ſudor & exercitatio membrorum nimia

Cantus & inſtrumentorum muſices utilitas.

Timorem eſſe propellendum.

Laſſitudo corporis ſimul atque animi peſſima.

nimia, prorſus abſtinendū: ſicut fit ſaltando, currendo, atq; luctando, more etiam fabrorum cudendo, grauiter geſtādo, & ſi qua ſunt ijs ſimilia: nam ex talibus natura maxime debilitatur, præcipue peſtilenti tempore. Cauēdum etiam eſt ab omni re frigida generante celerem & ſuperabūdantē frigiditatē, quia, ut ait Galenus ſecūdo Tegni, natura eſt omnis motus uiolenti impatibilis. Itaq; ſi in corpore calor uel frigus ſupernaturale & repēs oriretur, ſummopere homini eſſet mortiferum. Medium ergo ſemper ſeruandum eſt: medium tenuere beati. Eam ob cauſam ne humiditas & calor radicalis, in quo uita hominis, teſte Ariſtotele, cōſiſtit, deficiat, uel ad interitum tendat, diligenti indagine & ſcrutinio eſt præuidendum, & omnia unanimiter & æqualiter in humano corpore diſperſa, æque ac natura exigit temperari debent. Si em̄ contingeret humiditatem excedere calorem maxima inde ſuccederet ægritudo, & contrà. Si etiam quis ultra modum læ-

Natura nil uiolenti patitur.

Temperātiā in omnibus eſſe ſeruandam.

caretur, incommodum eſſet. Nam & cor & ſpiritus uitales per hoc aperirentur, & nimis ad exteriora dilatarētur, ex qua reſeratiōe & dilatatione facillime aliquam attraherēt intoxicationem. Legimus em̄ hinc inde apud pleroſque hiſtoriographos, multos ꝑpter nimia gaudia è uita diſceſſiſſe. Ideoq́ꝫ ſi quid proſperitatis tibi contingit, ex qua immoderata lætitia poſſit emergere, ſemper debebit cum aliqua triſtitia admiſceri. Nanqꝫ eſt modus in rebus, ſunt certi deniqꝫ fines, Quos ultra citraq́ꝫ nequit conſiſtere rectum.

DE VSV BALNEORVM, CAPVT XVI.

balnea deteſtantur.

OMnia balnea ſtubarum, ſeu æſtuariorum propter eorum qualitatem calidam & humidam, & propter uapores intenſos ſunt fugienda. Ait enim Auicenna & Hippocrates in libris de Epidimijs, balneantes eſſe aptiores ad contrahēdam peſtem, quàm quemuis luxurioſum & ebrioſum. Si uero ex compellēte neceſſitate cogereris lauari, fiat balneū

ſeu

ſeu lauacrum de aqua parũ tepida, in qua repente, non tamẽ longo tempore ſudabis, & ſi uentoſas aliquando appoſueris, & id in conſuetudinem deduxeris, id poteris omni menſe, uel eo potiſſimũ tempore quo cõſueuiſti antea, in balneo ſiue in domo prope fornacẽ ſeu lentũ ignẽ facere: antequàm autem lauacrũ ingredieris, ſumes dragmam unam tiriacæ magnæ Andromachi uel Galeni, mixtæ cũ uino uel cum aqua roſacea, uel aqua aceтоſæ, poſt cuius ſumptionem tribus aut quatuor horis continuis ieiunabis. Poſt paſtum ſtatim nunquam ingredieris balneum, ſed ſaltim ſtomacho ieiuno, quod magis eſt ſanum. Sin peracto prãdio uelis balneari, id fiat longo intermiſſo ſpatio poſt paſtum, eo ſcilicet tempore, quũ cibus in ſtomacho ferè eſt digeſtus, ſicut plerunq; accidit hora ſecũda uel hora tertia poſt meridiem. Anteaquàm autẽ in lauacrũ deſcẽdis, exercebis te ad deiectionem alui, quia hoc eſt utiliſſimum, & deambulabis hinc inde operando aliquid,

Quãdo ingrediundũ balneum.

Exercitia ante igreſſum balnei obeunda.

ut corpus in calorẽ aliquem deducatur: tamen non eſt intelligendum de labore nimio, & repentinum ſudorem progene rante, ne fiat aliqua in natura alteratio. Quod ubi factum fuerit, libere potes in lauacrum deſcendere, & ante omnia cre bra fricatione expelles ſudorem, hoc ta= men nõ per te, ſed per miniſtrum fiat. Et ſudor ſemper debet abſtergi cum linteis mundiſſimis, uel ablui etiam pauca aqua tepida. Quumq́ꝫ fueris calefactus tali in balneo, tunc ſecundum conſuetudinem antea habitam apponantur uentoſæ, & plantæ pedum unà cũ ſcabroſo pumice læuigentur fricenturq́ꝫ, uel cũ cultro ob= tuſo. Abſtine autẽ in balneo ab omni po tu & ſuperfuſione aquæ frigidæ. Quũ ue ro uolueris egredi, poteris lauari cum a= qua parũper tepefacta, ut pori aperti rur ſus obſtruantur. Ab hinc plantæ pedum debent optime lauari & fricari cum ſale & aceto, & per hoc calor ſupfluus à cor= pore extrahitur, & appetitus prouocatᷣ. Hinc calide ueſtiaris & deambulabis in

In balneo abſtine à ſu perfuſione & potu a= quæ gelidæ

aere

aëre temperato ſeu depurato, ut ſupra dictum eſt, per horam integrã uel longius, donec ſupernaturalis calor corpus deſtituat, & appetitus edendi ad prandiũ uel cœnã te prouocet. Itaq; famelicus quodãmodo cibis ſubtilibus, quæ ſint leuiſſimæ cõcoctionis ueſcebere, & bibes modice de uino limphato ex aqua acetoſæ. Cæterũ ut ingenue mentem meam pandam, ego nihil de balneis hoc in loco approbo, quia quãto minus corpus eo tempore lauatur: & quanto minus pori aperiunt, tanto melius. Semper enim eſt formidandum, ne aliquis calor ſupernaturalis corpus offendat: ex quo aliquid magni diſcriminis & incõmodi poſſit oriri. Sunt tamẽ aliqui medici his in partibus Germaniæ, qui cõſulãt caput omni menſe ſemel uel bis debere lauari, & deinde cum pannis mundiſſimis abſtergi: uerũ apud Gallos, Italos, & Hiſpanos, omnino eſt extraneũ: quorũ eſt regula, Sæpe laues manus, pedes raro, caput nunquã. Sed ſuus cuiq; mos eſt.

diæta poſt balneum.

Tot ſenſus quot capita.

PHILIPPI VLSTADII NORICI DE LAXATIVIS, CAPVT XVII.

OMnium medicorum unanimis eſt ſententia, uentrem ita debere regi, ut ſedes nunquam dureſiant, ſed ſemper laxatiua ſumenda cõſulunt omni hebdomada ſemel, ſcilicet poſt primũ ſomnum ſumendo pillulas uitæ, uel pillulas peſtilentiales, eo ſcilicet die quando nulla alia ſumitur medicina uel tiriaca. Quod ſi cõtingat te ſumpſiſſe aliud antidotũ, cauebis eo die uel nocte à pillulis: quod ſi pillulas ſumis, cauebis magnope ab omni uento tali tempore. Eſt enim differentia inter aërem & uentum: quia aër eſt unũ ex quatuor elementis, quod quidem elementum ſemper manet in ſphæra ſua, & per uentos aliquando mutatur, ſumendo bonam uel malam diſpoſitionem. Quatuor enim ſunt uenti capitales à quatuor mundi cardinibus ſpirantes, quorum ille qui ab oriente Eurus eſt nuncupatus, q à meridie Auſter, qui ab occidente Zephirus uocitatur, qui uero à ſeptentrio-

Ventus & aër differunt.

Quatuor uenti capitales.

ne

ne ſpirat, Boream appellarunt. Inter aũt quemlibet uentum prædictorũ ſunt duo alij mediani, ita ut numerũ faciant duodenariũ, quorũ aliqui ſunt boni, ſaniq́ꝫ: alij uero peſtilentes & nociui. Hi enim qui circa Eurum, ſani ſunt: qui circa Boream, ſalubriores: qui circa Zephirum, peſtilentes; qui uero circa Auſtrũ, peſſimi. Boni ergo uel ſalubres uenti optimã aëris faciunt diſpoſitionem: & ideo talibus ſpirãtibus, bene potes aperire feneſtram cameræ, & eorũ ſpiracula recipere. Peſtiferi uero & inſani uenti aërẽ corrumpũt, ideoq́ꝫ à talibus ſummopere eſt cauendũ. Quando etiam tempus nebulis eſt obductũ, uel quãdo longæui hymbres inſtant, aut quando tempus eſt calidum, dum deberet eſſe frigidum: uel cõtrà, tali potiſſimũ tempore præſagiũ & indiciũ eſt certiſſimum, aërem eſſe corruptum & peſtilentem, & ideo ab eo quantum erit poſſibile elõgeris. Sin locus uel oppidũ, in quo degis ſit prope monteis ſitum ad meridiem uel occidentem, ubi

Venti ſalubres & peſtilentes.

Indicia peſtis.

peſtilentes flant uenti, & contingeret niuem montanam ſubſequi uentum: talis uentus eſt maximopere eligendus, & in habitaculũ recipiendus. Quo autem pacto aër corruptus debeat corrigi & purefieri, in præcedẽtibus diximus. Tamẽ quum uaria uarijs placeãt, quomodo linteamina & parietes debeant irrorari cũ aquis odoriferis, edocebimus.

DE AQVIS IRRORANDIS, CAPVT XVIII.

Folia, herbæ, & fructus, quæ in caniſtris ponuntur, ſiue etiam linteamina poſſunt irrorari à diuitibus cum aquis odoriferis, quarũ permixtio hæc eſt: Recipe aquæ roſarũ librã unam, aceti optimi uncias treis, pulueris trociſcorum de ſandalis utriſq; ana dragmam unam, camphoræ dragmã ſemis, miſceantur omnia inſimul, & ſuper lintea aſpergantur. Vel fac hoc modo: Recipe aquæ roſarũ, uel uiolarũ, uel florũ nenufaris librã unã, aceti boni uncias duas, uini maluatici muſcatel-

Aqua camphorata.

Alia aqua camphorata.

ſcatellini, uel alterius boni & odoriferi uncias treis, ſandali utriuſq; ana dragmã unam et ſemis, camphoræ ſcrupulũ unũ, immiſce trociſcorum de camphora dragmam unam, & irrora ut prius. Nã quotieſcũq; tempus erit hymbriferũ uel nebuloſum, poteris in camera tua accendere ignem odoriferũ lignorũ, ſuperijciendo unum trociſcum de camphora, uel de ſequentibus, quorũ permixtio hæc eſt: Recipe corticis citri ſicci, corticis citranguli ſicci ana ſcrupulos duos, karabæ dragmam ſemis: terantur groſſo modo, & fiant trociſci cum aqua roſarũ dragmis duabus uel tribus: ex his unus conquaſſetur, & ſuper prunas iactet̃, & hoc tempore æſtatis. Si autem paupertas quempiam impediret, ut nõ poſſit ſemper habere trociſcos prædictos, fiat fumigium de granis iuniperi. Qđ ſi cõtingat ſolem lucere, & tempus eſſe ſerenũ, poteris omni die bis uel ter aperire feneſtrã in camera tua uerſus partẽ orientalem uel ſeptentrionalem, & intromittere uentos à *Trociſci.*

ſole iam purgatos: & poſt modicũ temporis feneſtra iterũ claudatur, & aër intromiſſus corrigat̃, & purefiat, ut ſupra: hyeme rebus odoriferis calidis, æſtate frigidis. Et ſi ſol tempore hyemis nõ appareat, potes tamen intromittere in habitationem tuã uentos orientales & ſeptentrionales, aërem ſemper corrigendo, & feneſtram claudendo, ut iam dictum eſt. Et tali tempore peſtifero nunquam egredieris domum ante ortũ ſolis. Et ſi in hominum cœtum uadis, ubi quid de diſcrimine eſt timendũ, poteris zedoariam in ore tenere, ſed non omni tempore propter conſeruationem dentium & gingiuarum: & ſemper geſtabis aliquid odoriferum in manibus, ſicut pomũ ambræ, uel ſimilia.

ZEDOARIAE EFFICACIA.

Zedoaria (ut ait Auicenna in libro de uiribus cordis) confortat cor, & generat bonum ſanguinẽ: euſtomacha eſt ſecundum Pliniũ, facit bonam digeſtionem, & appetitũ prouocat. Cõſtantinus in li-

bro graduum ait, maximam eam habere uim contra uenena, & putorem oris amputare: uentoſitates diſſoluit, & confert morſui uenenoſo. Sole uero lucente, & tempore claro, poteris cauſa recreãdi ſpiritum deambulare in hortis, pratis, montibus & riuulis: tamen à ſtagnis & locis paluſtribus caue, quia cõmuniter intoxicatio aëris ex peſtilenti uaporũ circa ſtagna ebullitione oritur.

DE POMIS AMBRAE, CAPVT XIX.

AEſtate res fragranteis frigidas tecum portabis, ſicut ſunt roſæ, uiolæ, poma recẽtia, pira, ſandali, puluis florum nenufaris, citrangulorũ, corticis citri, florũ maioranæ, hyſſopi, rhutæ, & alia huiuſmodi: & ſi forſan nõ poteris hyeme habere flores uel herbas odorantes: accipe ſpongiam ſubtilem, in qua ponatur de aceto mixto cum aqua roſarũ, uel uiolarũ. Aliquando etiam odoretur urina hirci, & quanto ſæpius odores permu

Pomũ ambræ, quod fit tempore æſtatis.

taueris, tanto melius. Poteris etiam facere pomum ambræ in hunc modũ: Recipe florum nenufaris, florum uiolarũ, florum bugloſſæ, roſarũ rubearum, ſandali utriuſq;, ſpodij de canna ana dragmam unã & ſemis, camphoræ dragmas treis, corticis citri dragmas duas, macis, nucis muſcatæ, maioranæ, ozimi, gariofilatæ, karabæ, ſtoracis calamitæ, cardamomi maioris, maſticis, zedoariæ, ligni aloës, cubebarũ recentium ana dragmam ſemis, ambræ electæ ſcrupulum unum, muſci Alexandrini recentis ſcrupulum ſemis, laudani depurati uncias treis: conquaſſentur, & cum aqua roſarum incorporẽtur, ultimo uero addatur ambra & muſcus: & omnibus inſimul malaxatis, fiant poma perforata decentis magnitudinis. Hyeme uero res odoriferas calidas tecum portabis, ſicut ſunt cinamomũ, gariofili, nuces muſcatæ, muſcus, ambra, cupreſſus, lauendula, menta, roſmarinus, ozimũ, lignum aloës, & ſimilia naturæ calidæ, quæ cor & cerebrum

brũ mirabiliter confortant, & aërem in-toxicatum expellunt. Poteris etiam face-re pomũ ambræ in hũc modum: Recipe ſtoracis calamitæ, corticis citri ana dra-gmas duas, been albi, been rubei, mẽtæ ſiccæ, gariofilorum, cardamomi, ligni a-loës, ualerianæ, calami aromatici, mirtil-lorum ana dragmam unam, ſandalorum trium, camphoræ, maſticis ana dragmã unam & ſemis, macis, nucis muſcatæ, ci-namomi, ambræ, ozimi, gariofilatæ ana dragmam ſemis, muſci optimi ſcrupulũ unũ, laudani puriſſimi uncias treis & ſe-mis: conficiantur poma cum aqua me-liſſæ cũ piſtello calido, addendo ultimo omniũ muſcum & ambram. Si autem ab odore talium pomorũ abhorreres, pote-ris uti pulueribus ijs, de quibus infra di-cemus.

Pomũ ambræ, quod fit tempore hyemis

DE PRAESERVATIVIS, CAPVT XX.

INter omnia potiſſimum præſeruatiua hoc in tẽpore ſummopere excellit ele-ctuariũ de nucibus, quod fit hoc modo:

Electuarium de nucibus.

Recipe iuglandiũ, ſiue nucum maiorum numero uiginti, ficuum pinguiũ numero quindecim, rhutæ manipulos duos, abſynthij, camomillæ fœtidæ, ſcabioſæ ana manipulũ unum, ariſtologiæ longæ unciam ſemis, ariſtologiæ rotũdæ unciã unam & ſemis, tormẽtillæ, dyptami, pinpinellæ, baccarũ lauri ana uncias duas & ſemis, florum boraginis, corticis capparis, cornu cerui uſti, macis, myrrhæ, boli armeni, terræ ſigillatæ ana dragmas tres, ſalis marini dragmã unam & ſemis: pulueriſanda pulueriſentur, cõtundenda cõtundantur, & cum uncijs duabus mellis diſpumati incorporentur, fiat electuariũ ad modum conſeruæ. de hoc recipe ad quantitatem auellanæ, infundendo parũ de aceto, uel aqua ſcabioſæ, uel aqua acetoſæ, bibatur ſtomacho ieiuno, & poſt ſumptionem tribus uel quatuor horis cõtinuis ab omni cibo abſtinebis. Et hoc in præſeruatione: in uia autem curationis addatur tiriacæ magnæ Andromachi dragma una, uel dragma ſemis. Cæterũ

qui

qui ſeſe infectos formidant, aut timoroſe credunt, primo ante omnia phleboto-miſent, poſtea dentur curatiua, ſicut paulò infra dicemus. Et caueat patiens cum ſumma diligentia ne dormiat, potiſſimũ autem in ſudore. Poteſt etiã fieri hoc ſequens electuarium, quo utebatur diuus Maximilianus Rom. imperator piæ memoriæ. & fit hoc modo: Recipe ouum ualde recens, in cuius apice fiat foramen admodũ paruũ, per quod debet extrahi albumen, deinde uacuum illud croco nõ pulueriſato impleatur, uitellum ab ipſo ouo non auferendo: quo repleto claudatur, & lento igne tandiu aſſetur, donec teſta ipſa oui ad nigredinem ſit deducta. exinde pulueriſetur in mortario minutiſſime, & addatur ſeminis ſinapis albæ pulueriſati in quantitate illa, quod totum ouum ponderabit, deinde adde dyptami albi, tormentillæ ana dragmas duas, nucis uomicæ dragmã unam. quælibet ſpecies debent ſegregatim pulueriſari, poſtea immiſceantur omnia inſimul, & ad-

Electuarium diui Maximiliani.

iunge radicis angelicæ, pinpinellæ, zedoariæ, camphoræ, tiriacæ bonæ ana parteis æqualeis, ita ut tantũ põderent quantum prædicta omnia: miſceantur omnia inſimul in mortario per ſpacium horarũ duarum, donec omnia ſint optime incorporata ad modum opiatæ: deinde ponantur in uaſculum mundiſſimũ, & aëri frigido exponãtur, quia tali modo poteſt hoc electuariũ cõſeruari triginta annis abſq; omni corruptiõe. Doſis eius eſt. Homo ſanus de eo poteſt ſumere in quantitate grani hordeacei & malaxetur prius cum uino: & ſic erit præſeruatus à peſte per horas uiginti & quatuor. Si uero iam eſſet intoxicatus, ſumat pari modo, tamen ante horam duodecimam poſt infectionem, quia alioquin oleum & operam ludet. Si ſenex eſt infectus, dentur ei de dicto electuario ſeu opiata ſcrupuli treis: ſi uero ſit iuuenis uel fœmina, dentur ei ſcrupuli duo. Et nota diligenter quod ſi peſtis oritur cum frigore, debet adminiſtrari prædicta medicina cũ uino albo:

Doſis prædicti electuarij.

ſi uero

ſi uero cũ calore, medicina ipſa exhibeatur cum aqua roſarũ, uel lactucæ, uel uiolarum, uel ſcariolæ, aut cum aqua fontis permixta cum media parte aceti optimi, aut cum aqua endiuiæ. Deinde patiẽs ponatur in lectum calidũ bene coopertus, & ibi ſudet quatuor aut quinq; horis cõtinuis. Qđ ſi cognoueris ipſum nõ poſſe ſudorem elicere, ſupponantur pedibus lateres calidi, & quãdo ſudauerit, abſtergatur cum pannis mundiſſimis. Patiens etiam ſiue in calore ſit, ſiue nõ, poteſt bibere de tiriaca magna, mixta cum aceto & croco puluerifato, acetoſa, pinpinella, ſcabioſa, tormentilla, & ſimilibus. Aut fac permixtionem in hunc modũ ſequentem: Recipe foliorũ canapi cum apicibus ſuis, & radicibus abiectis terãtur in mortario, & per pannum colentur: ſi uero nimium eſſent arida, addatur modicũ aceti: & de hoc ſucco recipe partes duas aceti boni partem unam, miſceantur inſimul, & ponantur in uitro in loco non nimis humido uel frigido; & quando quis *Aliud præſeruatiuũ.*

ſe infectum ſenſerit, aut ſaltem dubitarit, de hoc utatur, quanto citius, eo melius, in quantitate auellanæ, addendo de tiriaca bona, & ſudet, ut ſupra diximus. Sunt nonnulli medici, qui aſſerunt grana ſinapis maxime eſſe præſeruatiua, & ideo omni die debere ſumi tria aut quatuor.

Aliud præſeruatiuū. Pro locupletibus autem & diuitibus poteſt fieri præſeruatiuū hoc modo: Recipe confectionis liberantis uncias duas, boli armeni præparati unciam unam, cinamomi electi unciam ſemis, boraginis, uiolarum ana uncias duas, conſeruæ roſarum unciam unam, ſirupi de acetoſitate citri uncias duas, ſirupi de bugloſſa unciam unam: miſce totum in mortario in forma conditi cum q. ſemis aquæ roſarum, & erit ſatis delectabile. qui uult poteſt addere foliorū auri numero ſex, fragmentorū quinq; ana grana ſex, margaritarum ambarū ana grana quatuor. De hoc detur cōtinuo infectis mane & ſero, quia mirabiliter cor & oīa mēbra cōfortat atq; refrigerat. Doſis aūt eius eſt, dragmæ duæ.

De

DE VSV PILLVLARVM CAPVT XXI.

PIllularũ autem quæ ſic debent ſumi, ſicut ſupra diximus, diuerſa ſunt genera & mixturæ. Potiſſimæ aũt & neceſſariores hoc in loco ſic fiũt ſecundũ Auicennam quarta primi, tractatu 4. cap. 5. Recipe aloës epatici bene abluti dragmas duas, myrrhæ lotæ, croci oriẽtalis ana dragmam unam, fiant pillulæ cũ uino albo optimo, uel cũ ſirupo de acetoſitate citri, uel cũ ſirupo de limonibus, uel cum ſirupo de ribes. Aloës uero & myrrha debẽt ſic ablui ſecundũ Seruitorem, & Io. de ſancto Amando: primo pulueriſentur, poſtea diſſoluantur in aquis caprifolij uel roſarum, uel acetoſæ, poſtea exiccentur, & iterum pulueriſentur, & iterum reſoluantur, hoc identidẽ fiat tertio & quarto terendo & reſoluendo: ultimo uero adiũges cæteris mixtionibus ad faciendũ pillulas. Sunt autem qui pillulas peſtilentiales faciãt hoc modo: Recipe aloës ſucco citrini, ita loti, ut iam di-

Pillulæ cõmunes.

Ablutiõ aloës & myrrhæ.

Pillulæ peſtilentiales.

ctum eſt, dragmas ſex, myrrhæ lotæ dragmas treis, agarici præparati dragmam unam & ſemis, croci orientalis dragmã unam, boli armeni præparati ſcrupulum unum & ſemis, & grana quatuor, conficece cum aqua roſarum, & omni die ſumatur una pillula: faciunt enim leuiſſimas operationes. Alij uero ſic cõponunt pillulas peſtilentiales, & melius quàm primi: Recipe aloës loti & pulueriſati dragmas treis, myrrhæ lotæ, croci, maſticis ana dragmam unã, fiant pillulæ cũ uno prædictorũ ſiruporũ. De his pillulis poteris ſumere omni die unam uel duas ante cœnã: uel omni hebdomada cape bis poſt primũ ſomnum, una uice ſumendo quinq; uel ſeptem ſecundũ neceſſitatem.

Aliæ pillulæ peſtilentiales precioſiores.

Sunt etiam nonnullæ aliæ pillulæ omnia mẽbra à ſuperabundãti humore & phlegmate purgantes, caput, cor, epar, cerebrumq; mirabiliter confortantes, quarũ permixtio hæc eſt: Recipe rauedſeni electi dragmas treis, infundatur in aquam ſcabioſæ, bugloſſæ, uel roſarum ana uncias

Pillulæ eximiæ ad mẽbra uitalia cõfortãda. Alij pro reubarb. ponũt zinziber.

cias treis & ſemis, bulliatur uſq; ad conſumptionem tertiæ partis, & deinde fiat expreſſio, in qua pone agarici electi & puluerifati unciã ſemis, & hoc mitte exiccari in ſole. Exinde recipe aloës loti ut ſupra unciam unam, myrrhæ lotæ, croci ana unciã ſemis, agarici præparati ut ſupra dragmas treis, mirabolanorũ citrinorum dragmas duas & ſemis, mirabolanorum kebulorũ dragmam unam & ſemis, radicis dyptami, tormentillæ, tunici ana dragmam unam, maſticis, cinamomi ana dragmas duas, ſpicæ nardi ſcrupulum ſemis, muſci in tẽpore frigido grana duo, fiant pillulæ cũ aliquo ſirupo prædicto. ijs quippe pillulis poteſt uti omnis ætas, etiam pueri, poſtq; ſaltem quartũ annũ exceſſerint.

Crocus, ſecundũ Auicennam in libro de uiribus cordis, cõfortat cor, & ſanguinem bonum procreat, & ducit ipſas medicinas ad cor, eodem teſte Fen quarta, canone primo, capite ſecundo. *Croci uis.*

Aloës uero, ſecundũ Meſuæ & pande- *Aloës efficacia.*

ctas cap. 33. educit cholerã & pituitam, atque atram bilem, & mundificat caput & ſtomachũ, & qui aſſiduat acceptionẽ eius, ut tradit Dioſcorides, diebus continuis, non uidebit in corpore ſuo & in inſtrumentis ſenſuũ ægritudinem, quæ nõ ſit habilis ſanari: & præſeruat nimirum à putrefactione.

Maſticis uis. Maſtix ſecundũ quorundã opinionẽ, malitiam aloës corrigere perhibetur, ſtomacho ualde cõfert, omnem enim uiſcoſitatem & humiditatem ab eo expellit, & ſecundũ quod Dioſcorides ex ſententia Humañ tradit, nõ eſt paucæ attractionis phlegmatis quando maſticatur: & propter hoc miſcetur cum aloë.

Myrrhæ utilitas. Myrrha itidẽ mundificat cerebrũ, & abſtergit cũ tẽperamento, cõſeruat etiã à putrefactione. Quidã uero faciũt pillulas in hunc modum: *Aliæ pillulæ excellentes.* Recipe tiriacæ antiquæ & probatæ dragmas ſex, radicis gentianæ, pinpinellæ, ſerpẽtinæ, tormentillæ ana dragmas tres, rhutæ, abſynthĳ, iuglandium, granorum iuniperi ana dragmas

gmas

gmas duas, pulueriſanda pulueriſentur, & cõtundenda contundant̃, & fiat maſſa cum aceto, de qua recipe ſobrie dragmam unam, addendo boli armeni præparati, terræ ſigillatæ ana dragmas duas.

DE PVLVERIBVS PRAEſeruatiuis, CAP. XXII.

FIant pulueres præſeruatiui & curatiui, ſi forſan inficereris. Ego uidi plurimos curari ſubſequenti puluere: Recipe radicis dyptami, radicis anthoræ, radicis tunici, radicis ſcabioſæ, radicis pinpinellæ, radicis tormentillæ, corticis citri ana unciam unam, terræ ſigillatæ unciã unam & ſemis, boli armeni præparati uncias duas, myrrhæ electæ, aloës epatici ana unciam unam, croci dragmã unam, maſticis dragmas treis, liquiriciæ dragmas duas, herbæ ſcabioſæ & acetoſæ ana dragmam unã, zuccari candidi quartam unam: pulueriſentur omnia, & reſeruentur in uaſe uitreo, argẽteo, uel aureo. Quumq́ʒ uolueris prædicto puluere uti,

Puluis præſeruatiuus & curatiuus.

Doſis prædicti pulueris.

hanc doſim ſumes: Recipe prædicti pulueris dragmam unam cum uino limphato ex aqua roſarũ uel acetoſæ, uel cũ brodio caponis, aut ciceris rubei, bibat̃ duabus aut tribus uicibus in hebdomada, & ieiunetur poſt ſumptionẽ tribus uel quatuor horis continuis, & eris ſecurus à peſte eo die. Habet enim uirtutem, materiã uenenoſam & peſtilentialem expellendi à corde: & ſi poſt ſumptionem prædicti pulueris peſte inficereris, facillime cum dei adminiculo liberabere. Si quoq; ambigeres de infectione, abſq; omni metu & cũcta poſthabita dilatione, accipe doſim de prædicto puluere, quia citiſſime ab omni anxietate leuabere. Alius puluis præſeruatiuus, & etiam curatiuus fit hoc modo: Recipe bolũ armenũ optime pulueriſatũ, quẽ lauabis optime cũ uino maluatico, uel cum alio uino odorifero, aut in aqua roſarũ, uel bugloſſæ, uel acetoſæ, uel abſinthij, uel ſcabioſæ, poſtea euaporetur & exiccetur, iterumq; in puluerem deducatur: & ſic reiterabis trina

Virtutes prædicti pulueris.

Præparatio boli armeni.

aut

aut quaterna uice lauando & pulueriſando: ultimo uero cum fuerit ſubtiliſſime tritus & cribellatus, ſeruetur in uaſe mūdo, & uſui accōmodetur. Homines autē calidæ cōplexionis, ſi de hoc ſumere uelint, capiant in cocleari cum aceto uel aqua acetoſæ permixtum. Frigidæ uero naturæ homines id ſumant in uino ſubtili, uel aqua roſarū tēpore matutino, quia conſeruat corpus ab omni corruptione, humoresq́ꝫ conſumit ſupfluos, & omnia peſtifera & noxia depellit. Alius itē puluis præſeruatiuus fit hoc modo: Recipe terram ſigillatam pulueriſatam & lotam ut bolum armenum, & ea utere in omnibus, ſicut de bolo iam dictū eſt, quia oīa uenena à corpore expellit, & ad morſus animalium uenenoſorū ualet, ſi cum aceto plagæ ſuperponatur, & quotidie in potu ſumatur: nec ſinit ueneni operationē in humano corpore ꝓcedere. Alius puluis præſeruatiuus in hunc modū componitur: Recipe radicis dyptami pulueriſatæ, ſumatur omni mane cum uino uel cū

Virtutes boli armeni.

Alius puluis præſeruatiuus.

Virtutes terræ ſigillatæ.

aqua roſarũ. Item alij ſic componunt pul uerem: Recipe radicis tormentillæ exiccatæ in umbra & puluerifatæ dragmam unam in uino limphato cum aqua roſarũ uel acetoſæ, uel cũ aceto, & hoc fiat ſtomacho ieiuno, quia mirabilẽ habet operationem. Sunt qui dicant acetoſam ſummam habere uirtutem circa expellendas materias uenenoſas: ideoq́ uolunt fieri puluerem de ea, quo utendum ſit hyeme modo & formis præſcriptis unà cum pillulis peſtilentialibus. Poteſt etiam ſumi ante paſtum cum uino, uel cũ brodio caponis, uel ciceris rubei. dicuntq́ talẽ pul uerem morſus ſcorpionũ perfectiſſime curare. Si ergo in æſtate poteris habere ſcabioſam recentẽ, lauabis eam optime cum uino uel aqua, & à principio paſtus ipſa ueſcaris herba uel ſucco, quod à medicis maximopere cõmendatur. Sarraceni ſe à peſte præſeruant cum uno prædictorum puluerum de dyptamo, pinpinella, tormentilla, ſcabioſa, bolo armeno, & terra ſigillata; quia ſingula diuinas habent

Alius pul. præſeruatiuus.

Contra morſus ſcorpionum.

bent operationes, & ideo de ſingulis po
teſt fieri puluis.

DE POTIONIBVS PRAEſeruatiuis, CAP. XXIII.

POtus quibus tempore peſtis uti poſſumus uarij fiunt ſecundum uariam medicorũ mentem. Sunt nonnulli qui talem faciant: Recipe tormentillæ, ualerianæ, pinpinellæ, zedoariæ, dyptami, anthoræ, tunici, ſcabioſæ herbas & radices, terræ ſigillatæ, boli armeni, cinamomi, nucis muſcatæ, acetoſæ, ſaluiæ, abſynthij, rhutæ, bugloſſæ ana ad placitũ. Hæ herbæ & radices ſingulæ debent ſiccari in umbra, & in puluerẽ redigi. & de ſingulis pulueribus recipe dragmam unã, zinziberis albi puluerſati dragmas duas, granorũ iuniperi dragmam ſemis, nucis uomicæ dragmam unam, tiriacæ bonæ & probatæ unciam unam & ſemis: omnia ponantur in libras duas uini maluatici, & ponantur in cucurbitam bene opertam per dies nouem in loco calido ad ſolẽ, uel in fimo equino, omni die dua

Potus præſeruatiuus optimus.

bus aut tribus uicibus agitando uitrum, ut materiæ ipſæ inſimul miſceãtur. Per-

Adminiſtratio potus.

actis itaq; diebus nouem potus erit præparatus, q debet adminiſtrari phlegmaticis cum aqua uitæ: cæteris autem poteſt exhiberi cum uino albo, uel cũ aqua roſarum, uel ſcabioſæ. Tẽpore matutino igitur antequàm domum egrediaris, ſumes de dicto potu bene mixto coclear plenũ, & geniũ defraudabis tribus uel quatuor horis continuis poſt ſumptionem, & ſic ab intoxicatione es ſecurus per horas uiginti & quatuor. Si uero iam peſte eſſes oppreſſus, cum ſupraſcriptis pulueribus tibi ſuccurrendum erit, quia præſens potus magis eſt præſeruatiuus quàm curatiuus, qui nõ debet ſumi tempore frigido uel humido, ſed tranquillo & ſereno. Nec etiam in æſtate debet capi cũ aqua uitæ, ſed ipſæ herbæ debent in mortario conteri, & cum alijs ſpeciebus incorporari addito uino uel aceto. Poteris autẽ & in hebdomada ſemel uel bis ſumere dictum potum iniecto puluere de bolo arLorem

meno

meno, uel terra ſigillata, aut alijs ſupra-
ſcriptis pulueribus. Dicunt enim unani-
miter Galenus, Auicenna, Raſis, Auer-
rois, & cæteræ medicorum ſcholæ, bolū
armenum & terram ſigillatam cōtra pe
ſtem diuinas habere operationes atq; ef-
ficacias. Ideo recipe boli, terræ ſigill. ana
partes æquales, fiat puluis qui ſumatur ī
potu prædicto ponderis unius dragmæ,
uel aliquando in uino mixto cum aqua
roſarum uel acetoſæ: quia inuenies ma-
gna iuuamina.

DE OPIATIS PRAESER- uatiuis, CAP. XXIIII.

OPiata præſeruatiua magnæ utilita-
tis ſic fit: Recipe boli armeni ut ſu- *Opiata ual de precioſa.*
pra præparati unciam unam, radicis tor-
mentillæ, tunici, dyptami, ſandali rubei
ana dragmam unam, raſuræ eboris, ſpo-
dij, corticis citri, anthoræ ana dragmam
ſemis, margaritarum ſplendidarum ſcru
pulos duos, fragmentorū rubini, ſapphi
ri, granati, ſmaragdi, hyacinthi, raſuræ
unicorni ana ſcrupulū unum. Fiat pul- *Puluis fit.*

uis ſubtiliſſimus & impalpabiliſſimus. Et anteq̃ margaritæ pulueriſentur, & in medicinã ponant̃, debẽt prius ita præparari, ſicut abũde diximus in libro noſtro quẽ cœlũ philoſophorũ inſcripſimus. Et poteſt hic puluis ſumi unà cũ uino ſicut iam crebro dictũ eſt de alijs pulueribus. & tunc doſis eius eſt dragma ſemis uel ſcrupuli duo: fit tamẽ crebrius in modũ cõfectionis q̃ in formã pulueris, ſic: Recipe pulueris ſupra ſcripti, ſine zuccaro unciã unã, zuccari Tabarſeth librã unã, ſucci acetoſæ, ſucci pomorum recentiũ: aut ſi non habes ſuccos, pone aquæ roſarum, uel acetoſæ ana uncias ſex. Bulliant uſque ad conſumptionem tertiæ partis ſemper diſpumando, deinde diſſolue ſuccos, & fac confectionem in tabulis decentis magnitudinis, de qua confectione ſume omni die unicam tabulam cum modico uini. Sũt qui ad modum opiatæ hoc componunt ſic: Recipe pro qualibet libra zuccari huius pulueris dragmas decẽ, cũ iam zuccarũ quaſi frigidum

Doſis huius opiatæ

Electuarium fit.

Opiata fit.

dum fuerit, ne puluis ipſe aliquam à zuc
cari caliditate alterationem recipiat. De
hac opiata potes ſumere in magnitudine
iuglandis, bibendo poſt ſumptionem, ut
ſupra. Et potes ad quamlibet librã zuc-
cari addere tiriacæ bonæ & probatæ uel
methridati unciam ſemis. Pro potẽtibus
hæc opiata poteſt deaurari. Eſt etiã alius
puluis, qui poteſt præparari ad modum
pulueris electuarij, uel opiatæ, cuius hæc
eſt permixtio: Recipe boli armeni ut ſu *Alia opi-*
pra præparati uncias duas, cinamomi ele *ata.*
cti unciam ſemis, radicis tormentillæ, dy
ptami, tunici, ſandali rubei ana dragmas
duas, raſuræ eboris dragmam unam & ſe
mis, ſpodij, anthoræ ana ſcrupulos duos,
margaritarum, corticis citri ana dragmã
unam, quinque fragmentorum ana ſcrupu
lum unũ, karabæ ſcrupulum ſemis, uni-
cornu grana ſexdecim, oſſis de corde cer
ui dragmam ſemis, auri foliati, argẽti fo-
liati ana ſcrupulũ ſemis. Fiat puluis, cui
adde zuccarum, & fac confectiones ut ſu
pra, uel opiatã. Sarraceni autẽ loco ele-

Puluis diuinus Saracenorũ.

ctuarij contra peſtem, faciunt puluerem quem diuinum appellant, quem ſic permiſcēt: Recipe boli armeni ut ſupra præ parati unciam unam & ſemis, cinamomi electi unciam unam, radicis tormētillæ, dyptami ana unciã ſemis, radicis tunici, coriandri præparati ana dragmas treis, reubarbari electi dragmas duas & ſemis, zīziberis albi, terræ ſigillatæ, corticis ci tri, been albi, been rubei, coralli rubei, ſandali citrini, raſuræ eboris, margaritarum nouarum, centonici per uiginti & quatuor horas infuſi in aceto, ana dragmas duas, karabæ, macis ana ſcrupulos treis, ſeminis acetoſæ, endiuiæ, portulacæ, ſpodij, ligni aloës, oſſis de corde cerui ana ſcrupulos duos, ſetæ cōbuſtæ ſcrupulum unũ & ſemis, limaturæ auri, limaturæ argenti ana ſcrupulos duos, ambræ bonæ grana ſex, ſpicæ nardi, muſci Alexandrini recētis ana grana duo. In æſtate pone loco muſci cāphoræ grana ſex. Et ſi habes unicornu ſcrupulum unum, & anthoræ dragmam unam, fiat puluis, quem

ad li-

ad libitũ poteris redigere in electuariũ, uel in opiatam. Fuit olim quidã Iudæus in partibus Germaniæ, qui puluerẽ operationis mirabiliſſimæ cõpoſuit, & tempore magnæ peſtilentiæ multos miraculoſe curauit. & fit ſic: Recipe cinamomi electi unciam ſemis, zedoariæ dragmas duas, boli armeni præparati dragmas ſex, ſeminis acetoſæ, ſeminis citri, corticis citri ana dragmas treis, radicis centonicæ, dyptami, tormentillæ, limaturæ eboris ana dragmam unã & ſemis, oſſis de corde cerui dragmam unam, fragmentorũ ſmaragdi, rubini, granati, ſapphiri, ana ſcrupulũ unũ: fiat puluis, &c. De hoc puluere præfatus Iudæus confectionem faciebat cum conſeruis acetoſæ, & bugloſſæ, de qualibet ſumendo uncias treis, zuccari albi libram unã & ſemis: melius tamen eſſet, quia magis delicatum, ponere zuccari libras treis, quia nimis eſſet de puluere ad comparationẽ zuccari, quod ipſe poſuerat. Pro pueris uero, quoniã ſæpiſſime lumbricis & aſca

Puluis Iudæi cuiuſdam efficacißimus.

puluis præſeruatiuus pro pueris

ridibus infeſtantur , ex quibus etiam eis
poteſt prouenire epidimia : ideoq; ut à
talibus præſeruentur,& à peſte ſecuri fi-
ant , fac puluerem ſequentem : Recipe
cẽtonici in aceto fortiſſimo per diem na
turalem infuſi,luti armeni præparati ana
unciam unam, radicis dyptami albi unci
am ſemis,raſuræ cornu cerui uſti , ſemi-
nis caulium ana dragmas duas , ſeminis
citri,corticis citri,radicum tormentillæ,
tunici,terræ ſigillatæ , margaritarũ ſplẽ-
didarũ,coriãdri præparati ana dragmas
duas & ſemis , fragmentorũ quinq; ana
dragmam unam,coralli rubei dragmam
ſemis,ſerici combuſti,ſeminis plantagi-
nis ana ſcrupulos duos,oſſis de corde cer
ui,raſuræ eboris ana ſcrupulũ unũ & ſe-
mis,ambræ bonæ dragmam unam, uni-
cornu ſcrupulum unum : fiat puluis , &
miſceatur cum ſaccaro roſaceo, & detur
puero ſtomacho ieiuno in aqua portula-
cæ uel acetoſæ,uel uino mixto cum una
aquarũ prædictarũ;lactantibus uero de-
tur cum lacte. Poteſt etiam fieri in modũ
electuarij

electuarij, & dari infātibus forma & mo
modo iam dictis. Sunt qui faciunt opia=
tam, cuius uis nō minor eſſe perhibetur,
q̃ ueræ & approbatiſſimæ tiriacæ, cu=
ius permixtio hæc eſt: Recipe ſeminis *Opiata*
iuniperi dragmas duas & ſemis, gariofi= *præſeruati*
lorum, macis, nucis muſcatæ, zinzibe= *ua ualde*
ris albi, zedoariæ ana dragmas duas, utri *excellens.*
uſque ariſtologiæ, radicis gentianæ, tor=
mentillæ, dyptami, tunici, radicis enulæ
campanæ ana dragmas duas, ſaluiæ, rhu
tæ, balſamitæ, mentaſtri, pulegij ceruí=
ni ana dragmam unam, baccarum lauri,
deronici Romani, ſeminis acetoſæ, ſemi
nis citri, cinamomi, maſticis, olibani, lu=
ti armeni præparati, terræ ſigillatæ, ſpo=
dij, oſſis de corde cerui, raſuræ eboris,
quinq; fragmentorũ, margaritarũ ſplen=
didarum, coralli rubei, ligni aloés, ſanda
li rubei, & muſtellini ana unciam ſemis,
conſeruæ roſarũ, bugloſſæ, nenufaris, ti=
riacæ optimæ ana unciam unam, ſuccari
tabarzet libras treis: fiat electuariũ cum
aquis ſcabioſæ, & roſarũ, & modico cam

phoræ,deauretur,& uſui reſeruetur. Et quamuis ſit optimũ & precioſiſſimũ, tamen præcedentes opiatæ & electuaria magis laudantur cõmuni omniũ medicorum ſuffragio. Sed tamen potentibus & diuitibus non eſt importunũ diuerſas habere medicinas. Eſt etiam potus omniũ præſeruatiuorũ & curatiuorũ longe utiliſſimus; cuius uirtutes ampliſſimas paulò inferius enarrabimus: eius autẽ permixtio hæc eſt; Recipe radicũ tormentillæ uiridiũ (ſi modo haberi poſſunt) libram unam, radicis enulæ campanæ uncias quatuor, acetoſæ cum ſeminibus (ſi modo habẽtur) libras duas, uel acetoſæ librã unã & ſemis, & ſeminis eius uncias quatuor, boraginis & bugloſſæ cũ floribus ſuis, roſarũ rubearũ ſylueſtriũ ana librã unã, pinpinellæ, ſcabioſæ ana librã ſemis, ſucci limonũ libram unam, tiriacæ optimæ libram ſemis, aquæ uitæ ſepties reiteratæ uncias treis, ſandali utriuſq;, been utriuſq;, ſpodij, margaritarum ſplendidarum ana unciã unã & ſemis, oſſis de cor-

Potus præſeruatiuus longe optimus.

corde cerui unciã unã, raſuræ eboris unciam ſemis, croci dragmas treis, camphoræ dragmas duas, foliorũ auri unciã unã: fac ſic aquam ipſam: Primo recipe folia auri, et cum cardone uel forfice diuide in bracteas minutiſſimas quantũ maxime poteris, uel cũ melle diu ducas ſuper porphyrio, deinde in puluerem inpalpabiliſſimum redigantur: quæ debent deinde poni in aqua uitæ, bene obturãdo ampullã ne reſpiret, & dimitte ſic ſtare per dies quĩdecim: deinde accipe margaritas ſubtiliter tritas & pulueriſatas, & ipſas pone in aliud uaſculũ cum ſucco limonũ, nam et citiſſime ſoluet omnem materiam quũ ſit ſolutiuus omniũ metallorũ calcinatorum: & uitrũ ipſum claude, dimitte quoque ita requieſcere per dies quindecim, ut feciſti cum auro: Poſtea omnes radices præſcriptas ablues cũ uino optimo, et quamſolerter ab omni impuritate mũdabis. Quũq; in umbra fuerint bene exiccatæ, ponantur in mortario, et cõquaſſentur ſubtiliter unà cũ cæteris floribus,

Succus limonũ oĩa metalla calcinata ſoluit.

herbis,& roſis: & omnia in uas terreum uitreatũ abintus collocentur, adiungendo tiriacam cum pulueribus & alijs ſpeciebus. Miſce exinde aquam uitæ cũ folijs auri, & margaritas inſimul, uas cũ ſigillo Hermetis obſtruendo ne reſpiret. Poſt hoc fac foueam in terra in loco humido profunditatis trium pedum, & fiat ſtratum ſiue ſolariũ dimidij pedis ex calce uiua in foueæ fũdo, deinde uas ſignatum in medio colloca, undequaq; cum fimo equino ipſum circumuoluendo: uel ſi mauis, collocetur tempore autumni in uinacijs recentibus: ſuperfunde dehinc urnam unã uel duas aquæ, & dimitte ſic ſepultũ in fimo per dies quindecim, ſemper de tribus in treis dies fimũ uel uinaciam renouando: quibus diebus cõpletis, extrahatur ipſum uas & euacuetur, atque ipſa materia in cucurbitam uitreã collocetur, ſuperapponẽdo alembicum roſtratum, & omnia optime lutentur cũ luto ſapientiæ, deinde applicetur alembico receptaculũ, quod pari modo lutetur

Sigillum hermetis.

ne

ne ſpiritus exhalent: & extrahe aquã per diſtillationem igne lento, ter ipſam aquã ſuper feces ſuas fundendo. Quarto uero & ultimo ſine fecibus diſtillet in balneo mariæ, demum in ampulla optime clauſa materia diſtillata uſui reſeruabit. Quod ſi quis poneret treis partes huiuſmodi aquæ, & unam partem auri potabilis, ſine comparatione fieret uirtuoſior. Aurum enim & omnes lapides precioſi poſſunt redigi in formã potabilem abſq; ſalis armoniaci ſiue alicuius alterius corroſiui, & uenenoſi admixtione: quia cum ſola quinta eſſentia aquæ uitæ ipſum poſſumus facere fluere ad modum ceræ: ſicut copioſiſſime & pulcherrime alibi expoſuimus, & declarauimus.

Aurũ fit potabile.

DE EXHIBITIONE TIRIACæ, CAPVT XXV.

OMnes ſine cõtrouerſia medici conſenſerunt, nihil eſſe ſalutarius tiriaca, fouendis cõfirmandiſq; tum ſingulis membris & uiribus, tũ ſpiritibus atq; ingenio. Quamuis enim non tam ſubito

Tiriacæ utilitas.

omnino ueneni naturam mutet: non eñ hæc adeò debilis atq; mutabilis eſt, ſpiritum tamẽ uitalem, potius ualde tenuem & mutabilem, ſubitò conformi quadam ad ipſum proportione corroborat, uſque adeò etiã, ut ipſe iam ualidus tanq; agens unà cum tiriaca, uelut inſtrumento, partim ſuperet uenenum, partim mutet, partim uero à præcordijs arceat, uirtute quadam ſolari atq; Iouiana, quam ex mixtione multarum rerum ſecũdum certã proportionem inuicem confuſarũ ſibi uendicaſſe uidetur. Conſulunt ergo omnes medici tempore peſtilentiæ quẽlibet debere penes ſe habere optimam tiriacam, ſicut eſt tiriaca magna Andromachi uel Galeni. Huius igitur ĩ primis utetur dragma ſemis, aut ſcrupulo uno, bis qualibet hebdomada hyeme & autumno. Sed æſtate atq; uere ſemel: uel ſola, uel ſi placet frigidis & humidis temporibus cum pauculo mero claro & ſuaui. Temporibus uero calidis, ſiccisq;, præſertimq; ſi natura uel ætas ſit calidior, cum aquæ

Doſis tiriacæ.

roſa-

roſaceæ uncijs duabus uel tribus ſtoma-
cho ieiuno & uacuo, ſex aut ſeptem ho-
ris ante cibum. Verum ubi deſit tiriaca,
Methridatum dabimus: & quando tiria
ca methridatúmue ſumimus, eo die ab
omni re calida omnino eſt abſtinẽdum,
& ſi æſtas uel uer fuerit, frigidis eſt uten-
dum, & ſic uidebis quod multum à uene-
no & intoxicatiõe præſeruabit. Aliquan
do tamen debet permiſceri cũ opiata ali-
qua, & cõmuniter cũ ea, quam poſuimus
in principio capitis 24. & identidẽ per-
miſces cũ aqua acetoſæ, roſarũ, cardonũ,
bulgloſſæ, aut cum brodio caponis uel ci
ceris rubei. Si uero non potes habere ti-
riacam magnam Andromachi uel Gale-
ni, perquires meliorem quam habere po
teris, aut loco tiriacæ potes capere rhu-
tam, ſaluiãq́ in aqua frigida optime ab-
lutam, ſuperaſpergendo de ſale, & intin-
gendo in aceto roſaceo odorantiſſimo,
addẽdo treis aut quatuor iuglãdes, quas
nuces uſuales appellamus: & hæc ita ex
aceto mãducabis tempore matutino an-

quid loco tiriacæ ſumi poßit.

tequàm domum egrediaris ſtomacho ad huc ieiuno. Et ſi in hyeme non potes habere prædictas herbas, ſaluiã atq; rhutã, loco herbarũ accipies puluerem de eis, & utere modo & forma prædictis. Aliquãdo etiam edes morſellum ſeu bolum panis ſiliginacei cum talibus herbis, uel earum pulueribus, uel abſq; herbis cum nucibus & aceto. Sunt qui tiriacæ loco hoc utantur antidoto præſeruatiuo: Recipe iuglandes excorticatas & mũdas numero duas aut treis, granorum iuniperi numero quinq; uel ſeptem, zedoariæ, radicis tormentillæ, radicis pinpinellæ, radicis ualerianæ, radicis dyptami, radicis ſcabioſæ ana in quantitate auelanæ, & ueſpere ponãtur in acetum optimum & odoriferum, mane autem eiſdem utere. Sunt qui aſſant duo aut tria cæpe, & cum toſta fuerint excorticatáq;, etiã in acetũ ponunt, & comedunt ita ſtomacho ieiuno cum tribus uel quatuor bolis panis ſiliginacei, aliquando etiam addunt modicum tiriacæ. Tradit Auicenna, quod ſi

Aliud præſeruatiuũ.

Aliud præſeruatiuũ.

Aliud præſeruatiuũ.

quis

quis cæpe crudum ex lacte comedat tem pore matutino, ſtomacho exiſtente adhuc uacuo & ieiuno, eum tota die ab epidimia certiſſime præſeruari. Cæpe quoque in alijs cibarijs cocta ſunt utiliſſima, præcipue hominibus frigidæ cõplexionis, quia ſiccant & calefaciunt, fumoſitates uenenoſas à cerebro expellunt, & humiditates atq; uiſcoſitates nociuas à ſtomacho maxime educunt. Pari modo etiã prodeſt allium, quo ruſtici ſæpiſſime utuntur loco tiriacæ. Non eſt autem operæpretium omnia prædicta habere inſimul præſeruatiua, uel etiã omnibus iam ſupra ſcriptis uti, ſed his potiſſimũ quæ habere poteris: Si tamen omnia habere potueris, tanto melius, quia ſecundũ opinionem omniũ doctorum, medicinæ debent de die in diem alterari.

Cæpe uis.

Allium.

DE PHLEBOTOMIA, ET quare inuẽta ſit, CAP. XXVI.

QVum multiiugæ pergraueis ægritudines uitio indigeſtionis & ſan-

Vnde pleræq; ægritudines ortũm ſumãt

guinis corruptione in corporibus homi-
num generari ſoleant: haud immerito à
peritioribus medicæ artis profeſſoribus
per mixturam quatuor qualitatũ ſeu ele-
mentorum, ſecundũ uniuſcuiuſq; homi-
nis complexionem ſanguinem mundan-
di, & ſuperfluitatem ipſius à uenis extra-
hendi, ars inuenta eſt: quam minutionẽ
uel phlebotomiã appellare ſolẽt. Autor
certe eſt Raſis, Galenũ ipſum propter ni-
miam excellẽtiam minutionis inuentorẽ
clauſis et obſtrictis oculis feciſſe perimi,
ne ars tam ſecreta omnibus manifeſta fie-
ret: timuerat enim margaritas ſemina-
re ante porcos. Certe, ut omnes atteſtan-
tur medicorũ ſcholæ, ꝓpter quinq; prin-
cipaliter adinuenta eſt: Primo, propter
ſanguinem nimiũ, & ſuperfluitatem hu-
morũ, quæ ex uenis plenis & groſſis ex-
trahi debet, quum per ſolutiua nõ poſſit
educi. Secundo propter confortationem
naturæ, ut eductis ſuperfluis humoribus
natura ſit eo robuſtior, ꝓ alio cruore con-
ſeruando, tum propter extractionẽ cruo-
ris

Nobilitas phleboto-miæ.

Cur phle-botomia inuenta ſit

ris nimium calefacti, ex qua innumerabi les ſæpe ægritudines in corpore humano ſolent oriri. Quarto propterea reperta traditur phlebotomia, ut ſanguis de uno loco ad aliũ poſſit tranſire, ſicut aliquando in tibia uel crure ſit minutio, per quam ſanguis de ſuperioribus partibus corporis ad inferiores trahitur. Quinto ad diuertendum ſanguinem ſuperfluum ad alia membra: ſicut ſi quis profluuium ſanguinis de naſo patiatur, aut qui hemo ptoica laboret ægritudine: tũc enim poteſt fieri phlebotomia de cephalica ĩ brachio uel in manu inter pollicem & indicem, & ſanguis diſpergetur ſtatim ad alium locum.

QVANDO CONVENIAT PHLEbotomare, & cui complexioni uel qualitati hominum minus conueniat,

CAPVT XXVII.

RAſis autor eſt ſuper ſeptimo libro Almanſoris, uenas incidendas ho-

quibus potiſsimũ uenæ incidendæ ſint.

minibus ijs qui maxime latas atque plenas habeant ſanguine coloris rubicundi uergentis ferè ad nigredinẽ, qui ſint corpulenti atque piloſi, quiq; ocio uitã tranſigẽtes, inordinatæ potationi, comeſtionią; adhærẽt: per talia enim ſanguis plurimum augmẽtatur in uenis. Qui etiam raro balneantur, qui raro luxui inſiſtunt, qui multa habẽt ulcera uel apoſtemata, q ſæpius febribus occupãtur, qui multũ & ſæpe ſudant: talibus utiliſſimũ, immo & neceſſariũ eſt ſanguinem aliquando à uenis extrahere. Eſt autem potiſſimũ aduertendum omni uolenti uenam ſcindere, ad complexionem, robur, & ætatem ſuam, & maxime ad cõſuetudinem, quæ quodammodo eſt altera natura. Proinde qui ſunt robuſtæ qualitatis, et ſanguineæ complexionis, magis, quàm qui ſunt frigidi atque ſicci, debent minuere. Refert Almanſor, hominem optimæ & ſanæ cõplexionis raro & modice debere cruorẽ elicere, ne forte natura ſana in deterius uergat, aut appetitus minuat̃, uel deniq;

Sanguis per quæ augeatur.

Ad q̃d aduertendũ uolenti phlebotomiſare.

Homines ſani raro & modice phlebotomiſent.

corpus

corpus ipſum aptitudinem ad hydropen uel paſſionē cordis, ſtomachi, epatis, tremorem membrorū, paralyſim, apoplexiam, & ſyncopim attrahat, quia ſuperfluas tales minutiones aliquando mors ipſa comitatur.

QVO TEMPORE, ET QVIbus ſignis ſit ſecanda uena homini ſano ante intoxicationem, CAP. XXVIII.

Minutioni duo attribuit tēpora Galenus lib. primo de phlebotomia unà cum Auicenna quarta primi, capite uigeſimo, quorum unum eſt electionis, potiſſimū ad cōſeruationem ſanitatis in hominibus, per quod morbi aduenientes poſſunt facile abigi & depelli. Aliud neceſſitatis eſt tempus, maxime ad morbos corpus humanū iam infeſtantes arcendū & propulſandum. Electionis uero tempus pro tuenda bona ualetudine & abigendis ægritudinibus maxime eligendū eſt, quando luna eſt in bono ſigno, uel

Duo tempora phlebotomiæ.

Tēpus minutionis ꝑ ſanitate cōſeruanda.

aſpectu tribus diebus ante minutionem, & tribus diebus poſt, ita quod ſit expers omnis contagionis extraneæ: quã, teſte Ptole. parte prima quadripartiti, poteſt de aliquibus planetarũ aſpectibus, cõiunctionibus, uel oppoſitiõibus, uel quadraturis attrahere. Sæpiſſime em̃ accidit lunam eſſe in bono ſigno per ſe, uerum ab alijs planetis, ſicut de Saturno, Marte, et cauda draconis, & per talium aſpectum, coniunctionem, oppoſitionem, uel quadraturam creberrime inficitur, comburitur, & impeditur: & eo tempore cauendum eſt lethaliter ab omni phlebotomia, & ſi ſignũ hoc aptũ minutioni. Porrò non inconſultũ foret ſemper aduertere ad ephemerides, uel quæ dici ſolẽt Kalendaria. Nec admirandum, ſi aliquando ponitur in eiſdem, phlebotomiã optimã in Cancro, mediocrem in Aquario, & ſimilia, cum per ſe cancer ſit mediocre ſignum, aquarius uero optimũ. Ex eo em̃ uenit quod quandoq; planeta quis bono aſpectu reſpicit ad ſignũ mediocre, quandoq;

Lunæ impedimẽta.

Cur quandoq; in mediocri ſigno ſit optimũ phlebotomiſare, & contrà.

docꝗ etiã malo intuitu ſigno optimo ſe adiungit, per quod mediũ fit optimum, & optimũ ſiue etiam mediocre fit peſſimum. Eligatur ergo minutioni dies clara, nulla uentorũ exiſtente procella, ſed leni quadam ſpirante aura: nam per hoc aër nimirũ rectificatur, ſicut Borea flante, qui uenit à Septentrione tempore æſtatis: hyeme uero ad iuſtificationem aëris conducit ſpiratio Auſtri, qui uenit à meridie, Certe phlebotomia ipſa exigit tempus mediocre, quod nõ ſit nimis calidum, uel nimis frigidum. Sic æſtatis tempore aptiſſime poteſt fieri hora tertiarũ ante meridiem, hyeme uero circa meridiem, concoctione iã facta in ſtomacho: & hæc omnia tẽpore electionis. Neceſſitatis uero tẽpore, ſi qui morbi corpus occuparint, quemadmodũ in pleuriſi, epidimia, ſquinantia, phreneſi, apoplexia, et pleriſꝗ aliȷs morbis, non eſt reſpiciendũ ad tempus, neceſſitas enim ferȷs caret. Quicunꝗ truſus, percuſſusue fuerit, qui ue ex alto ceciderit, ſanguinem quamce-

Dies minutionis qualis eſſe debeat.

Neceßitas non habet legem.

lerrime eliciat. Cæterũ aëre exiſtente peſtifero, nebuloſo, turbido, & intẽpeſto, flãte meridionali Auſtro, nõ eſt opportunum inciſam uenã deligare, ne forte intoxicatus aër introiens, bonum & ſanũ ſanguinem putrefaciat & intoxicet ſuo peſtilenti ſpiraculo, ex quo ultimus error fieret peior priore. Quũ uero tali tempore neceſſitas exigat ſanguinis minutionem, poterit cõmodiſſime fieri in habitaculo clauſo, aëre prius rectificato fumigijs & rebus fragrantibus, de quibus à principio libri copioſiſſime, arbitror, dictum eſt. Et nõ te lateat ſanis hominibus Vere & æſtate deberi uenas ſecari in dextro latere, autũno & hyeme in ſiniſtro. ægrotis uero eo potiſſimum in latere qđ infirmitas ipſa & ægritudo exegerit. Denique ſub ortu caniculæ quantum poſſibile erit caueatur phlebotomia, ſicut & omnia purgatoria & pharmaca eo tempore fugienda, ſuadent, Hippocrates aphoriſmo quinto, particula quarta, & Auicenna quarta primi, capite quinto, niſi

Quo tempore nõ ſit aptum deligare uenã inſectam.

ex

ex conſuetudine aut neceſſitate compellatur quis.

DE REGIMINE EIVS QVI ſanguinem uoluerit minuere, CAPVT XXIX.

ANte omnia operæpretium eſt uolenti ſanguinem à uenis educere, ut eligat barbitonſorem gnarum, expertum, ſcientem, lætum atq; iocoſum, qui calleat artem phlebotomandi, & hic ſit ingenioſus, qui ſciat uolentem phlebotomare à triſtitia dehortari, & uarijs ſalibus atque iocis recreare: quiq; ſit boni uiſus, non luſcus, aut cocles, qui non ſolicitus ſit uel anxius, uel temulentus: per talia enim potiſſimum in uenarum apertione uacillabit, tremet & conſternabitur, aut uenam unam pro alia incidet, aut nimis profunde ferrum infliget, per quæ phlebotomans in anxietatem, triſtitiam, timorem, & puſillanimitatem incidit. Debet autem ante omnia aluum deijcere, atque lotiũ, qui minuere intendit, ne

Exercitia ante minutionẽ obeunda.

uapores & fumoſitates ſuperfluæ uenas ipſas occupēt:per talia enim ſanguis inficeretur. Tuſſiendo etiam atque quàm ſæpe excreando excitet arterias pulmonis atq; cordis,quod facit ſanguinē mobiliorem,& magis fluxibilem.Et membrum in quo uena eſt incidenda, calefiat & irroretur aqua calida,quia ſanguis fluxibilior reddetur, & eo facilius ad uenā inſectam manabit.

An poſt eſum uel ſtomacho ieiuno ſit faciūda minutio

Sunt nonnulli qui ſtomacho ieiuno phlebotoment,& eſt opinio multorū medicorum.Sunt tamē qui dicant prius debere ſumi ouū ſorbile cū hauſtu uini ante meridiem,& ſtatim inſecandam uenam poſt talem paſtum: & ratio qui talia affirmant adducitur in hunc modum.Dicunt enim ſtomacho ieiuno naturā ipſam firmiſſime retinere ſanguinem,ne ſibi nutrimentum deficiat: dum autē ſtomachus ſit aliquo cibo refectus, naturam dimittere facilius ſanguinē fluere.

Quibus ætatibus minutio ſit ꝓhibita.

Proinde,ſi Galeno atq; Hali fides adhibenda eſt,nullus ante decimūquartum ætatis annum,nullus etiam poſt ſexageſimum

ſimum, ſanguinem extrahat.

DE REGIMINE BARBITONſoris, CAPVT XXX.

BArbitõſor in primis, & ante omnia inſtrumentũ habeat idoneum & accõmodum cui confidere auſit, quod cuticulam uenæ incidendæ penetrare poſſit: ſit autem eiuſmodi inſtrumentũ terſiſſime atque politiſſime elaboratum, aciem habens non obtuſam, uel rotundam, uel quadratam, ut uena optime poſſit tangi, ne poſt inſectionẽ intumeat: ſed ſit acie optima atq; procera, ut à uena inciſa ſanguis limpidiſſime exiliat. Quod ſi inſtrumentum ſuum habuerit ita paratum, ut iam dictum eſt, uenã libere & leniter inſecet: & caueat ne aciecula inſtrumenti abrumpatur, atque in uena ipſa remaneat, néue tangendo uenam ferrum ipſum cedat, aut cutem omnino non penetret. uideat quoq;, & ad amuſſim perpendat, ne nimis profunde uiolenterq; infligat: ſic enim uena utraq; ex parte aperiretur. quod ſi ita fiat, certiſſimo ſigno habeto

Quale debeat eſſe inſtrumentũ quo uena ſecanda.

Solertia in incidenda uena.

uel paralyſin ſubſequuturam, uel ſpaſmum, uel quod magis eſt expaueſcendum, ipſam mortem. Porrò ei qui uenas ſubtiles atque graciles habet, quæ profunde latent in carne, fortius eſt infligendum, quàm qui uenas habet amplas, grādes, ſanguine diſtentas atque altius eminentes. Quod ſi uires phlebotomantis erunt hebetes & ſanguis ſubtilis, aut ſi tempus ſit calidum, apertio uenæ ſit modica: uerum homini robuſto ſuperflua humiditate impleto in hyeme maiori inſtrumento, & quod acieculam etiam habeat latiorem uena eſt aperienda: hyeme itaque debet eſſe maius quàm æſtate. Ligamenta uero ſuperligentur uicinius locò ubi phlebotomandum eſt, ſed non nimis aſtringantur, ne uena intumeſcat, & ictum inſtrumenti effugiat. Si times fugam, ligabitur eo propinquius circa locum ubi debet fieri ictus, & uena oblique erit inſecanda. Si uero uena infra ligamentum non apparet, deligabitur, & optime cum oleo camomelino locus illinien-

liniendus eſt. Tradit autem ſolertiſſimus Galenus, ſi uiderimus ſanguinē eſſe impurum & inſanum, modice de eo emittendum eſſe. Sunt autem nonnulli in ſanguine mittēdo audaciores, ferè dixerim dementiores; quos medici ſapientes, qui ſpiritus fomitem, uitæq́ thesaurū, & caloris uitalis pabulum appellant ſanguinem, non iniuria deteſtantur: ideo non admodū conſulte & ſapienter agunt hi, qui quum uidēt ſanguinem malum, tandiu emittunt donec boni coloris appareat eſſe. Cæterum ſi modicum boni ſanguinis, immo ferè nullum penes te haberes, quandiu emittendus erit malus? Nō ergo abs re modico effluxo ſanguine uena claudenda eſt, & phlebotomans cibis leuiſſimæ digeſtiōis, & bonum ſanguinē generantibus utatur: & ſi uis poteris poſtmodum alia uice phlebotomare: melius enim eſt ter uel quater reiterare, quàm ſemel & immodice.

Quantum ſanguinis debeat emitti.

Sanguis uitæ theſaurus.

PHILIPPI VLSTADII NORICI DE COGNITIONE VENARVM, & quæ in quoque morbo omni tempore poſſit aperiri,

CAPVT XXXI.

Duplices eſſe uenas. IN corpore humano duplices eſſe ue-nas nulli ferè, ſaltem prima medicinæ limina ingreſſo, eſt obſcurũ, quarũ aliæ generales ſeu cõmunes, aliæ uero ſpecia les ſeu propriæ. Generales ſeu cõmunes ſunt tres, quæ reperiuntur in medio bra chij cuiuſq; circa cubitum in inflexura: quarum quæ ſuprema, cephalica dicitur uel capitalis: quæ infima, baſilica ſiue re gia: & hæc in dextro latere alio nomine uocitatur epatica, in ſiniſtra uero corpo-ris parte pulmatica: media uero inter du as has dicitur mediana, & hæc appella-tur cordiaca. *Cephalica* Cephalica autẽ uena eſt ac-cõmodatiſſima ad eliciendũ cruorem de ſuperioribus corporis partibus, & incidi tur propter dolorem capitis & oculorũ. Hæc ergo uena ſi tacta de primo ictu ſan guinem non emittat, poteſt ſecundario incidi, quia nihil erit timendum de mure

aut

aut de uita. Quam ſi nõ potes uidere aut tangere, quære ſtipitem eius qui eſt circa finem pollicis. Epatica uena effundit ſanguinem de medijs partibus corporis, inciſa ualet ad dolores & paſſiones ſtomachi & ſplenis, ſed indiget ſumma opera, ut bene tangatur propter murẽ. Si eſt difficilis uiſu aut tactu, ſtipitem eius inueſtiga inter quartũ & minimũ digitum. Cordiaca ſanguinem tam de inferioribus, quàm de ſuperioribus corporis partibus eijcit, nam eſt compoſita ex cephalica & epatica, & minori indiget diligẽtia in tangendo, quàm uel hæc uel illa. Qui ſentit cordis debilitatẽ, ſummopere caueat ne hãc uenam inſecet, ſed ſi opus eſt phlebotomia, ſanguis extrahatur de cephalica uel epatica. Simili modo fiat de alijs duabus. Vena cordiaca inciſa ſedat dolores totius corporis à calore procedentes, præcipue uero cordis & pulmonis. Summa ergo induſtria eſt inſecanda, quia ſub ipſa eſt ipſe mus: quod ſi nimis profunde inciditur, periculũ eſt de uita hominis non Epatica. Cordiaca.

minimum. Generalis autẽ erit canon in omnibus phlebotomijs cuiuſcũq; etiam uenæ. Quũ enim uolueris ſanguinem minuere, brachium ipſum in quo fit inciſio lauabitur in aqua tepida, foramine ipſo aperto atque patulo, ut ſanguis eo libentius effluat. Diligenter etiam aduerte in quocunq; ſit tempore (dummodo nõ ſis infectus) inter illas tres ſpeciales uenas ſemper maiorẽ tumidiorem & repletiorem eſſe inſecandam, quũ indicet membra ad ſe concernentia ſuperuacuo ſanguine & nimis calido infeſtari. & hæc ſufficiãt de generalibus uenis, modo de ſpecialibus ſpecialis ſermo erit habendus.

Quæ potiſſimũ uena ſit incidenda tempore ſano.

Nam uena in ſuperiore parte frõtis inciſa, mitigat dolores capitis & cerebri inueteratos, & lepram nouam curat. Duæ uenæ retro aures ad memoriam, faciem mundificandã, fluxus & rheuma à capite depellendum incidũtur: & ualent generaliter ad omnes morbos oris & gingiuarũ. Duæ uenæ circa tempora capitis ad dolorem aurium, & ad fluxum oculorum

rum. Duæ uenæ in angulis oculorũ, ad maculas oculorũ, ophthalmiã, nebulã, albulam, rubedinem: ualent etiam pro uiſu clarificando. Duæ uenæ in concaui tate aurium, ad ſcotomiam, uertiginem, tremorem capitis, tinnitum aurium, ſur- ditatem recentem, immunditiamq́ꝫ oris ualent. Vena in acie naſi, contra apoſte- mata & rheuma capitis, atqꝫ oculorũ flu xum ſedat, cerebrum atque memoriam purgat. Hæc uena maxima indagine eſt diſquirenda, quia profunde latet: qui au tem eam perquirere uult, in medio dua- rum gibboſitatum eam inueniet. Duæ uenæ in naribus inſecantur ad mitigan- dam grauedinem capitis. Vena labiorũ inciditur opportune cõtra ulcera oris & gingiuarum. Duæ uenæ in ore ualent ad maculas faciei, dolores capitis, dentium, mandibulorũ, gutturis atqꝫ oris. Quatu- or uenæ palati inſectæ ualent ad catarrũ & rheuma capitis, & ad dolorẽ dentiũ. Venæ duæ in occipite maniam, ſcotomi am, attonitionem, atque omnem dolorẽ

Venæ i an gulis ocu lorum.

capitis minuunt. Duæ uenæ ſub lingua contra fluxũ capitis, paralyſim, anginã, quæ & ſquinantia dicit̃, ſcrophulas, apoplexiam, tuſſim, dolores oris, dentiũ, & gingiuarũ, contra loquelæ impedimentum, & generaliter ad omnes morbos pectoris, cordis, pulmonis, atq; arteriarum inciduntur. Vena quæ ſita eſt inter mentum & labium imum contra putridum oris anhelitum inſecatur. Vena quæ ſub mento eſt contra dolorem capitis, pectoris, contra anhelitum fœtidum, cõtra polypum in naſo, cõtra dolores maxillarũ, contra fœtorem narium, & contra ſtrophulas atq; maculas faciei minuit̃. Duæ uenæ colli, quarũ una ante, alia retro eſt inciduntur contra pleuriſim, contra lepram nouam, tremorem membrorũ, cõtra omnes humores & rheuma capitis, et cõtra nimiam extenſionem membrorũ. Duæ uenæ axillares ad dolorem pectoris, pulmonis, ſepti tranſuerſi, & contra aſma quoque inciduntur. Duæ uenæ ſuper duobus cubitis contra peripneumoniam,

niam, aſma, ſcotomiam, ſpaſmũ, atq; epi lentiam inſecantur. Vena purpurea quæ eſt quærenda in dextro brachio prope epaticam uerſus manum ipſam inquiren do, aperitur ad paſſiones membrorũ & uiſcerum interiorum. Vena iliaca dolori bus inferiorũ medetur, ſi ſanguis debite de ea elicitur: eſt autem propinqua pur pureæ. Vena pulſatilis cõtra tremorem cordis, cõtra ſyncopim, & cõtra cardia cam inſecatur. Duæ uenæ in pollicibus contra dolorem capitis, contra lippitudi nem oculorũ, & cõtra omneis febres po teſt aperiri. Vena quæ eſt inter pollicem & indicem debet inſecari in repletioni bus capitis, in ſuperabũdãtia atræ bilis, in febribus, in oĩbus deniq; uitijs oculo rũ. Vena quæ eſt inter annularẽ & auri cularẽ ſi incidit̃, dolores capitis, pulmo nis, ſplenis tollit. Saluatella dextræ ma nus, quæ ĩter annularẽ & auricularẽ eſt, inſecat̃ in oppilationibus pectoris, cõtra nauſeam, contra albuginem oculorũ & faciei, contra iteritiam citrinã, contra tor

Saluatella leuæ manus.

ſiones quocꝫ dextri lateris. Saluatella uero ſiniſtræ manus, ſi de ea ſanguis extrahitur, omnia uitia ſplenis ex repletiõe & oppilatione emergentia curat: ualet etiã in phreneſi, hemorroidibus, & torſionibus ſiniſtri lateris: uitia renum tollit, atcꝫ nimium profluuiũ menſtruorum ſedat. Vena lateris dextri aperta ualet in lienteria, diſſuria, hydropiſi, & cæteris ægritudinibus à cauſa frigida promanantibus. Vena lateris ſiniſtri inſecta cõducit apoſtematibus et excoriatiõibus ueſicæ, doloribus lumborũ, & inflationibus atque oppilationibus ſplenis mirum in modũ medetur. Vena gibbi ſi aperitur, atram bilem educit, atcꝫ doloribus renum mirabiliter ſubuenit. Venæ quatuor circa pectinem ex utrocꝫ latere uerendorũ cõtra nimium fluxum hemorroidarũ aperiuntur, omnia uitia ueſicæ ac pudibundorũ ſedant, hemorrhagiã, lienteriam, & ſtranguriam tollũt. Vena ſuper præputio ualet contra hydropiſin, & omnes dolores membri uirilis. Vena ſub præputio contra

tra ſpaſmum, colicam, herniam, calculũ renum atq; ueſicæ, ſtranguriam, diſſuriã: contra inflationes teſtium, atq; contra omnia uitia renum atq; ueſicæ inſecatur. Duæ uenæ in poplitibus cõtra dolorem renum & ueſicæ ſingularẽ habent uim, ſi de eis ſanguis eliciatur. Duæ uenæ in coxis hydropiſi, doloribus & apoſtematibus ueſicæ atq; renum & pudendorum auxiliantur, & contra podagram atq; genugram nõ modicum habent adminiculum. Sophena domeſtica, quæ introrſus à partibus tibiarũ deſcendit, cõtra nimiã retentionẽ menſtruorum inciditur: ualet etiã ad oĩa uitia matricis, renũ, coxarum, lumborum, uuluæ, uirgæ, atq; teſtiũ. Sophena ſylueſtris ſiue ſciatica quæ extrorſus à partibus tibiarũ deſcẽdit, cõtra dolorẽ ueſicæ & inteſtinorũ, cõtra arteticã, ciragrã, podagrã, genugrã, ſciaticã, & cõtra paralyſin inſecatur. Duæ uenæ exteriores ſuper talis ualent ad nimiam retentionem menſtruorũ, omnia uitia ſplenis auferunt, doloribus ueſicæ atq; renũ medent, ſtrãguriã deniq; & calculũ abigũt.

Sophena domeſtica.

Duæ uenæ ſub minimo digito pedū mē ſtrua educunt, ſcrophulas faciei & tibia- rum depellunt. Duæ uenæ pedum mini- mo digito inhærētes, apoplexiam, flauā bilem, paralyſin, & omnes dolores renū auferūt. Duæ uenæ pedū in minimi digi ti articulo minimo ſitæ, ophthalmiæ, tuſ ſi inueteratæ, puſtulis quoq; medentur. Duæ uenæ in magno digito pedum con tra ſcrophulas & maculas faciei, & ad ru bedinem & tuberoſitatem, & fluxū ocu lorum, contra cancrum, contra ſcirrhos, contra nimium deniq; fluxum menſtruo rum minuunt. Vena minimi articuli pol licis in pedibus, ſi ſanguis de ea extrahi- tur ophthalmiæ, maculis faciei atq; cru- rium, pruritui quoque & doloribus ulce roſis opitulatur, & menſtrua retēta ciet. Et hæc de cognitione uenarū ſufficiant.

PER QVAE SIGNA POSSIMVS cognoſcere hominem eſſe peſte infectum, CAP. XXXII.

Peſtis unde oria- tur.

QVia ergo peſtis in homine ex natu ralis humiditatis corruptiōe, & ſan

guinis

guinis intoxicatione generari perhibet, ſolerti ſcrutinio diſquirendum & prouidendum eſſe arbitror, ne uitalia membra ex infectione lædantur, quia uenenũ ſemper & ſubitò deſiderat ad cor: quod ſi ad ipſum peruenerit ante ſumptionem medicinarum, cõclamatum eſt de patiente, quia nũquam aut difficillime curabitur. Nam uenenũ illud adeò eſt præſens, ut ipſam medicinam à corde expellat. Si autem medicina ad cor tranſierit antequàm uenenum, facillime ipſum uenenũ à corde per eam arcebitur: & talis depulſio fit per ſudorem. Et quia ſæpius homo intoxicatur, & peſte inficitur ſeipſo ignorante & alijs circumhabitantibus: qua ex re maxima ſæpe oriunt pericula, Quia una morbida ouis totum ſæpe corrũpit ouile, ut in adagio eſt: ideo ſumme neceſſariũ eſt, ut quilibet ad ſe habeat reſpectũ, & ſubſequentia ſigna (per quæ peſtis ut in plurimũ dignoſcit) diligentiſſime cõſideret, quia quanto maior in hoc ſolicitudo extiterit, tanto minus periculi ori-

Venenum ſemper ad cor deſiderat.

tur. Quod ſi quis deprehenſum ſe ambi-
gat, citò de deo cogitet, quia eſt ægritu-
do quæ de momento & in ictu oculi po-
teſt hominē uita exuere. Primum ergo ſi-
gnum eſt, ſi ſub axillis uel circa pudibū-
da, uel circa collum ſenſeris oriri apoſte-
ma, uel antracem nigrum aut uiridē diſ-
coloratum in aliȷs partibus corporis, cer
tiſſimum eſt indicium peſtis imminētis:
in peſte tamen nō ſemper oriuntur talia
ulcera uel apoſtemata, ideoq́ magis ad ſi
gna ſubſequētia eſt uidendum quàm ad
indicium prælibatum. Sed quî ergo acci
dit quod apoſtemata nō ſoleant ſemper
oriri in corporibus humanis? Quando
enim ipſum toxicum eſt adeò intenſe ua
lidatū in corpore humano, & natura ipſa
ex uelocitate ipſius impedita ſit, quo mi-
nus poſſit ſuccurrere, tunc non oriuntur
ulcera uel apoſtemata. Sicq́ maius eſt di
ſcrimen, quàm ſi antraces apparerent.
Quādo uero ipſa natura ſe defendere at-
que toxicum à corde expellere pro uiri-
bus nititur, tunc eiſdem in locis oriuntur
apoſte-

Signa peſtis undecim.

Cur nō oriantur ſemper antraces.

apoſtemata, ubi maxime ipſa natura pa-
titur. Secundũ ſignum eſt, ſi crebras in corpore quis ſentit punctiones. Tertiũ, ſi intrinſecus habes magnum calorem ſicut ſi arderes, qui quidem calor aliquando in totum corpus ſpargitur: aliquãdo uero oritur frigus intenſum, ſicut ſi quis febre concuteretur. Circa quod diligenter animaduertes occupati ab epidimia, à principio exterius non ſentiunt calorẽ intenſum, ſed interius maximũ, ita etiam ut uideãtur uelle comburi cum maxima capitis grauedine, oris ſiccitate, extrema ſiti, ex quo aliqui citò fiunt ad ſomnum propenſi, aliqui uero ex natura materiæ uenenoſæ conceptæ plus æquo uigilant, & ſunt maxime ingeti, quos planè phreneticos iudicaris. Quartum, ſi magni uapores & fumoſitates in corpore ſeſe eleuant, ſicut quum uideatur quis in balneo eſſe, & uelle ſudare, ſed nec poſſe. Quintũ, ſi grauitas anhelitus oritur, unde plerique uidentur uelle ſuffocari, quia non poſſunt libere ſpirare: & ſi aliquãdo etiã

Secundum

Tertium.

Quartum

Quintum

ſpirant, fit tamen cum magno conatu & difficultate. Sextum, dolor capitis uehe-mens, qualis ferè ſolet eſſe in phreneſi. Sunt tamẽ etiam aliqui, qui in principio intoxicationis paruum dolorem capitis ſentiunt, & non ita uehementem, ut iam dictum eſt. Scias tamen quod nũquam, uel ſi aliquando, rariſſime tamen abſq; tali dolore peſtis initium ſumit. Septimũ, ad ſomnum inclinatio, à qua uix aliquis poteſt abſtinere, nec à circũſtantibus cuſtodiri. Octauũ, uariatio & mutatio uiſus: quia tunc oculi aſſumunt aliquando citrinum, aliquando uero uiridem colorem. Nonum, oris dolor, uel aliqua inconſueta ſapiditas amara & acetoſa. Decimũ, uomitus creber, amarus, uarij coloris. Vndecimũ, grauedo & hebetudo totius corporis: & quando ſingula membra crebro ſyncopizãt & exanguia fiũt. Et hæc ſunt principaliora ſigna, quibus intoxicatio in aliquo homine cognoſcitur. Quum itaq; unũ uel plura prædictorum ſignorum quis apud ſe cognouerit,

Sextum. *Septimũ.* *Octauum.* *Nonum.* *Decimũ.* *Vndecimũ*

nequa-

nequaquam floccifaciat, nec temere cõfidat robuſtiſſimæ cõplexioni ſuæ, ſicut multi pauco etiam elapſo tempore fecerunt, ex quo uita deceſſerunt: nec etiam quiſquam colori urinæ confidat, uel mutationi pulſus, quia ſæpiſſime calor eſt adeò intenſus, ut hominem opprimat antequàm ipſæ naturales uires ſint diſpoſitæ ad ſuccurendũ, & uenenum à præcordijs arcendum. Et in hoc quandoq; fuerunt decepti ſagaciſſimi medici & male admodum iudicauerunt de patientibus. Ideo quantũ maxime, & quamcitiſſime aliqua prædictarum medicinarum adhibenda eſt, ut ante intoxicationem ad cor poſſit penetrare: quia (ut ſupra iam diximus) ſi aliter fieret, deſperatum ferè eſſet de patiente. Sunt enimuero quidã fatui, qui expectãt uſq; ad horam duodecimã, uel etiam uſq; ad uigeſimamquartam ab infectione, & putant ſe bene poſſe adhuc curari, quod eſt falſiſſimũ: quia ſi quoq; tales aliquando conualeſcunt, ex fortuito ſit caſu, unuſq; uix in tali diſcrimine

Colori urinæ, & mutationi pulſus nõ eſſe cõfidendũ

poteſt euadere, ubi mille alij pereunt. Quocirca ne contemnas in principio ſtatim adhibere remedia, quũ præcedentiũ ſignorum aliquod apparuerit, quia uenenum citius ad cor cholerici eſt penetratiuum, quàm ad cor ſanguinei uel melancholici. Homines certe calidæ & humidæ cõplexionis citiſſime inficiunt̃, homines uero calidæ & ſiccæ naturæ minus periculi habent. Hinc melancholici non facile inficiuntur: uerum ubi peſtis eos quandoq; corripuerit, cura circa eos eſt multo difficillima, quàm apud alios. Et ideo tali in re nullum certum tempus ſumendi medicinam præſcribi poteſt: Neceſſitas enim ipſa ferijs caret. Ergo principijs obſta. Sero medicina parat̃, quum mala per longas conualuere moras. Sume citiſſime medicinam, & fiat phlebotomia: nec deum certe neglexeris, ſed quamprimum tali in re auxilio omnipotentis dei utere, poſt hoc conſilio & induſtria experti medici. Et ſic deo adiuuante, citiſſime ad priſtinã ſanitatẽ reduceris

Colerici citius inficiũtur, quàm ſanguinei uel melancholici.

Principijs obſtãdum.

De

DE MEDICINIS CVRATIVIS, CAPVT XXXIII.

QVum quē toxico hoc uideris ſuccumbere, ex intimo amore & charitate, qua erga proximū (Euangelio etiam atteſtante) obligamur, adiuuabis eū conſolando, ſuſcipiendo, & cuſtodiēdo, ſicut ſi eſſet proprium corpus tuum. De fuga nolo ſuadere uel diſſuadere, faciat unuſquiſq; ut lubet. Primo ergo & ante omnia diligenti animaduerſione conſidera, ſi in infecto lethalia & mortifera appareant iudicia, qualia ſunt, ſyncopis crebra, ſudores frigidiſſimi, creber uomitus color faciei diuerſus, præcipue ſi nigreſcit, uiſcoſa atq; glutinoſa egeſtio nigra uel plumbea, urina putrida, anhelitus fœtens, creber ſpaſmus, tumor totius corporis. Quod ſi ex prædictis indicijs conſideraueris patientem uſq; adeò debilitatum, nequaquam phlebotomia eſt faciūda, ſed exhibebis ei de ſubſequenti electuario, quod ſic ſit: Recipe boli armeni, terræ ſigillatæ, ambo ſint abluta & præ-

Signa mortifera quæ plerunque in infectis apparent.

Electuarium curatiuum.

parata, ut ſupra diximus, tormentillæ, dy ptami albi, radicis ſigilli Salomonis ana dragmas quatuor, foliorũ acetoſæ & me liſſæ ana pugnũ ſemis, ligni aloës, croci ana ſcrupulũ unũ & ſemis, tiriacæ antiquæ & ꝓbatæ ad pondus oĩum: fiat electuarium, de quo dabis infecto dragmã unam cum aqua roſarũ, uel cum uino, ut ſupra quoq; de electuario ouorum fecimus mentionem: & ſudabit, atq; per omnia faciet, ut de prædicto docuimus. Sed ſi æger non eſt admodũ debilitatus, ante omnia faciẽda erit phlebotomia, & cauebit patiens ab omni ſomno: nam & ante ipſam dormire ſumme mortiferum eſt: ſomnus enim ueneno locum dat, & cum calore naturali infundit ſeſe in cor ipſum, unde poſt difficillime aut nunquã poteſt eradicari. poſt phlebotomiã quoque in ſex horis nõ eſt dormiendum, neque tam protinus eſcæ capiẽdæ ſunt. Et potes ei adminiſtrare doſim de eo precioſiſſimo potu, de quo ſupra ĩ capite de potionibus præſeruatiuis eſt dictũ. Doſis

Ante phlebotomiam nõ eſſe dormiendum.

ſis ipſa ſit uncia ſemis uel uncia integra, ſecundũ neceſſitatem exigentem: & immiſcebis unam dragmã puluerũ uel electuariorũ ſupra ſcriptorũ. Quod ſi prædictum potum precioſum non poſſis habere, accipies aquæ roſarũ, aquæ tormẽtillæ, ſirupi de acetoſitate citri, ſirupi de ribes ana unciam unam & ſemis: miſceantur omnia peroptime inſimul, addendo de uno puluerum prædictorũ & dabitur patienti. Sin nec hoc habere poteris, Recipe de uino claro & ſubtili in modica quantitate miſceatur cũ aqua roſarũ, inijciendo unũ de pulueribus prædictis, detur ut ſupra. Qđ ſi nec prædictos quidem pulueres potes habere, quorum tamen ſinguli ſunt ualde utiles & accõmodati ante phlebotomiam, fiat puluis in hunc modum: Recipe tunici, dyptami, tormentillæ, gentianæ, ſcabioſæ herbarũ & radicum, croci ana dragmam unam: fiat puluis de quo denť patienti dragmæ duæ cũ uino limphato ex aqua acetoſæ. Item ſi ſupradictorum omnium nullum

Potus curatiuus.

Alius potus curatiuus.

Puluis curatiuus.

omnino habere poteris, unicus bolus ar
Boli armeni efficatia menus præparatus tibi ſufficiet. Virtutes nanq; eius ſunt, conferre apoſtematibus peſtilentialibus, & prohibere ambulationem putredinis membrorum, lætificat etiam & confortat ſanguinem & cor.
Doſis boli armeni. debet autem ſic ſumi: Recipe pulueris boli armeni præparati dragmam unam, uini albi clari & odoriferi unciam unam, aquæ roſarũ uncias duas, miſceantur & dentur patiẽti ante phlebotomiã. Qđ ſi patiens prædictum potum ſecum retinet nõ euomendo, optimum eſt ſignum uenenum ante medicinam nõ acceſſiſſe ad cor, & ideo continuò æger phlebotomiſabit. Sin prædictum potum patiens euomit, ſignum eſt uenenum ante medicinam ad cor acceſſiſſe, & ibidem iam firmas radices egiſſe. Ideoq; quamcitiſſime os infirmi debet ablui cum uino, uel cũ aqua ſcabioſæ, acetoſæ, aut roſarum: & debet optime abſtergi atq; mundificari. Deinde rurſum dabitur una doſis de prædicto potu unà cum puluere prælibato,

&

& torreatꝰ cruſta panis, ipſaq́ꝫ ante nares & os patientis teneatur, ut eo facilius potum ſecum retineat. Et ſi quoqꝫ ſecundario non poteſt abſtinere à uomitu, debet iterũ os lauari, & ſumi de potu, ut ſupra: & hoc fiat quinis aut ſenis uicibus, & ſiue talis potus remaneat cũ ægro ſiue nõ, ſtatim tamen debet fieri phlebotomia. Quod ſi infirmus ultra horas uigintiquatuor erit correptus, iam non erit phlebotomia bona, ſed exhibẽdæ erunt pillulæ de reubarbaro, aut de agarico in quantitate dragmæ unius: aut dabis pillulas peſtilentiales, de quibus ſupra. Alia medicina curatiua præparatur in hunc modũ: *Alius potus curatiuus.* Recipe radicum gentianæ, tormentillæ, dyptami, ſerpentinæ, ualerianæ, pinpinellæ ana unciam unam & ſemis: pulueriſentur & cribrentur ſubtiliſſime, & ponantur in uitrum cũ collo longo, ſuperfundendo aquæ uitæ rectificatæ libram unam & uncias duas, dentur patiẽti tria coclearia plena. Si autem æger eſſet iuuenis, loco aquæ uitæ infundes acetum, &

detur ei de electuario de nucibus, de quo ſupra dictum eſt. Item ſi in homine appa ret aliquod ſignum peſtilentiæ ſeu apo- ſtema, conſiderandum eſt, quod ſi eſt ru beum colore ſanguineo uel croceo, non eſt timendum de maximo periculo: ſi au tem antraces ſunt nigri uel plumbei co- loris, ſunt uenenoſiſſimi, anxij, timoroſi, & citiſſimum finem in ægrotis operant. Quanquam & in tali colore nigro uel plum- beo non ſit deſperandum: ſed aperiatur, ſi modo maturū eſt lanceola acutiſſima, & ſuperponantur uentoſæ magnæ: caue tamen ne repercuſſiuis utaris, immo ma turatiuis nihil eſt melius. Sunt qui dicāt prope apoſtema deberi apponi cucurbi- tam: quia ſecundum opinionem multo- rum medicorum attrahit ad ſe uenenum de corde, & adiuuat naturam (quæ de ſe- metipſa ſemper operatur in melius) ex- pellere ipſam materiā uenenoſam de cor de uſque ad locum ubi uentoſa ipſa eſt ap- plicata. Et talis quidem uentoſa cum pa- tiens cœperit phlebotomiſare debet de- poni,

Quid de antracibus iudicandū

Natura ſē- per in me- lius opera tur.

poni, & poſt minutionē iterū applicari. Quod ſi infirmus tam robuſtæ comple-xionis eſt, ut poſſit ſufferre aperturā, per forabitur à barbitōſore expertiſſimo admodum ſolicite, cauendo ne aliquas uenas tangat: & recluſo ipſo apoſtemate, ſuperponatur uentoſa magna, in quā tota uenenoſitas, & materia peſtilentialis tranſibit. Sunt qui adurunt ferro ignito, & ſuperligant radicem raphani in orbes inciſam, & eſt expertum in multis.

QVOMODO SIT PHLEBOtomiſandum contra peſtem, CAPVT XXXIIII.

QVoniamquidem tria membra capitalia, quæ & uitalia dicimus, cor ſcilicet, epar, & cerebrū per ſanguinem infectum, currentem de uno ad aliud facillime mortaliter polluuntur & coinquinantur: haud ergo immerito medici omnes, patienti uenas quamcelerrime incidendas ſuadent, ſiue aſpectus bonus ſit ſiue malus, de die uel de nocte: quanto

Vbi debeat fieri minutio. enim citius, tanto melius. Debet autem fieri minutio eo in latere, ubi ipſum eſt apoſtema. Vt ſi eſt in ſiniſtro latere, fiat phlebotomia de pede uel brachio eiuſdẽ lateris ſiniſtri: & ſummopere caue, ne è regione apoſtematis ſanguis minuatur; quia bonus & ſanus ſanguis de tali parte efflueret, & malus in locum effluxi congregaret, & à tali cauſa homo ex utroq; latere inficeretur, unde & mortalia emergerent incōmoda. *In capite uel collo.* Quod ſi patiens habeat apoſtema retro aures, circa mentũ, uel in alijs partibus capitis uel colli, in quocunq; latere ſit, de tali debet extrahi ſanguis de cephalica, quæ & capitalis dicit̃: *In fronte.* ſi autem in fronte eſt ipſum apoſtema, uena ſub lingua eſt incidenda. Licet ſint aliqui qui dicant, quod ſi ſignum apoſtematis ſit in collo, tunc debere fieri minutionem de mediana in tali latere, ubi eſt ipſũ *Sub axillis* apoſtema. Si ſub axillis, cordiaca uena eſt ſecanda, eo quod tali ex loco mirum *In ſuperficiebus corporis.* in modum debilitatur cor. Si in ſuperficie capitis, uel ſuper dorſo, uel lacertis,

uel

uel ſupra cor, uel pectus, uel in alijs ſuperficiebus corporis, fiat minutio de mediana. Si intrinſecus in medio corporis, in tali latere ubi apoſtemati eſt ꝓpinquius, mediana incidatur. Si intrinſecus infra medium corporis in dextro latere, de epatica: ſi in ſiniſtro, de baſilica ſiue pulmatica ſanguis eſt eliciēdus. Si circa pudibūda, uel in poplite in interioribus partibus oſſium, ſignum eſt ipſum epar eſſe morbidum & debilitatum, ideoq; continuo abſque omni prorogatione & mora phlebotomiſandū erit de ſophena in pede lateris eius, ubi eſt ſignum uel apoſtema. Nequaquam aūt fiat minutio in brachio diſpoſitione tali exiſtente, quia uenenum & materia corrupta, quæ eſt circa pudibunda, uel circa genu, aſcenderet in ipſum corpus circa cor uel cerebrum, per quod prædicta tria capitalia mēbra lethaliter inficerentur, & conſequenter de patiente nihil eſſet ſperandū, quàm ultimum omnium miſeriarum & ægritudinum remediū, ipſa mors. Si deniq; ipſum

In medio corporis.

Infra medium corporis.

Circa pudibunda.

Circa poplitem. apoſtema ſit ortum infra, ſupra, uel circa poplitem in exteriori parte oſſium, ſciatica (quæ inter quartū & minimū eſt digitum) ſcindenda erit. *Si nullū ſignum apparet.* Si autem in ægroto nullum ſignum apparet, in quacunq; parte corporis habebit maiorē dolorē, & eo ſemper latere ubi dolorem ſentit, faciat extrahi cruorē: *In ſuperiori parte corporis.* ſi in ſuperiori parte corporis, de cephalica. *In latere intrinſecus* Si in latere uno intrinſecus uel etiam in medio corporis, tali loco ubi erit apoſtemati propinquius uel dolori, minutio fiat de mediana. *In inferiore parte corporis.* Si in inferiori parte corporis, inferior uena brachij dolori uicinior debet ſcindi epatica ſcilicet uel baſilica. Si deniq; homo nullum indicium uel ſignū peſtis habet, ſed ſaltem nauſeam habeat & debilitatē, nec facile poſſit percipi ubi dolor ſit intenſior, is phlebotomiſet in brachio dextro: & fortaſſe ex tali minutione abſq; ullo alio curatiuo ſanabitur. Sin eſſet adeò intoxicatus, ſtatim poſt minutionē certa orietur ſigna, quæ ubi apparuerint iterum minuendus eſt ſanguis: & demū

potibus

potibus & pulueribus ſupraſcriptis utẽ-dum. Quod ſi forte qua uena nõ iuſte po *Stipites uenarum.* teſt tangi & incidi, ſtipes eius uel radix inſecanda erit. ut ſi non poſſis tangere ce phalicam, ſtipitem eius qui eſt inter pol-*Stipes cephalicæ.* licem & indicem. Si medianã, ſtipitem eius qui eſt inter ſindicum & mediũ. In-*Stipes medianæ.* feriorum autem uenarũ radices ſunt in-*Stipes inferiorum uenarum.* ter auricularem & ſindicũ. Sanguis etiã dum fit minutio (ſecundũ quoſdam) ſi ni ger eſt, debet emitti uſq; ad lippytomiã: & ſi patiens eſt adeò exilis & debilis cõ-plexionis, ut non poſſit tantũ ſanguinis in una uice emittere, parum de eo emit-tatur, & patienti dentur potus & pulue-res, de quibus paulò infra dicetur. Dein-de quieſcat æger aliquibus horis, donec ad robur puenerit maius, & ſanguis me-dico experto demõſtrabitur, qui cogno ſcet in mutatione eius, unde proceſſerit talis infirmitas. Et ſi magis oporteat fie-ri minutionem, Secundatio facienda eſt, *Secũdatio* quæ apud multos approbatiſſimos medi cos pluris æſtimatur. Et ſi patiens eſt ſan

guineus, plus debet in lipothymia & ſecundatione de ſanguine eius extrahi, ꝙ de alterius complexionis homine. Innumera hic forent præſcribenda, nõ ſolum in hoc capitulo, ſed in omnibus alijs: ſed ne mens pij lectoris multa lectione obruatur & confundatur, aliquanto breuius ſcribimus, omittendo etiam plura futilia & anilia, quæ diligẽs medicinæ alumnus ad placitum poterit ſupplere uel addere.

DE COGNITIONE SANguinis boni & mali, CAPVT XXXV.

Iudiciũ de ſanguine.

FActa phlebotomia ſanguis debet ſituari ad locum non nimis frigidum, nec nimis calidum, donec parum infrigeſcat & reſideat, quem poſtea ita iudicabis. Si in ſuperficie eſt albicans, ſicut ſaliua uel ſputũ humanũ, ſignificat dolorẽ à pulmone procedere. Si tendit parũ ad nigredinem, portendit ipſum epar laborare ex calore nimio. Si natat tanquã in aqua, oſtendit hominem dolore renũ & ue-

Albus ſanguis.

Sanguis niger.

Sanguis aqueus.

&uesicæ occupatũ iri uel eſſe. Si ſanguis eſt ſiccus abſq; omni humiditate, & colores habet uarios, paralyſin fore præmonſtrat. Si eſt uiridis atq; aquoſus, dolorem cordis & pectoris indicat. Si lucidam & tenuem habet cutem, morbum ſignificat intercutaneũ. Si multa grana habet, indicat corpus eſſe aptum apoſtemari. Conducit autem ſummopere ſcire qualis debeat eſſe ſanguis hominis ſani & temperatæ qualitatis, ne ſcilicet ſit nimiũ ſubtilis, néue nimiũ groſſus. Bonus ergo & ſanus ſanguis, eſto non frigidus, nõ ſiccus, non turbulentus, ſed calidus, humidus, atque limpidus. Calidus quidem calore non acri, humidus uero humore non aqueo, clarus quoque & limpidus, nec tamen interea tenuiſſimus. Certe ſanguis plus æquo calidus, naturalem tum calorem augmentat & exacuit, tum uero deprimit atq; exiccat humorem: & quem ipſe humorem infert & calorem, reſolubilem præſtat atq; fugacem. Sanguis etiã nimis humidus (& ut ita dicam) aqueus,

Sãguis ſiccus uarij coloris.

Sanguis uiridis.

Sãguis habens cutẽ.

Sãguis hãbẽs grana.

Qualis debeat eſſe ſanus ſãguis

Sanguis plus æquo calidus.

Sanguis plus æquo humidus.

naturalem obtundit calorẽ, humoremq́ꝫ naturalẽ uel hebetat uel impellit ſub calore liqueſcere, uel ſuffocat humore caliditatem: & ita prorſus ſi qua portio naturalis humoris ex aqueo ſanguine trahitur, tum putrefit facillime, tum uero diffluit atqꝫ diſſoluitur celerrime. Sanguis ergo ſubſtantiæ ſit mediocris atqꝫ temperatæ, nec igneus nec aqueus, ſed planè aërius, non aëri quidem craſſiori ſimilis, ne procliuior ſit ad aquam: nec aëri ſubtiliſſimo par, ne facile in ignẽ incaleſcat, habeatq́ꝫ medius aër dominatũ plurimũ. Si quoqꝫ ueremur ſanguinẽ nimis ſubtilem fore, ubi etiam ſtomachus ſit aliquãtum debilis atqꝫ inualidus, minoribus ad craſſitudinem ſemitis accedendũ eſt, dũ gracilem hominẽ craſſioribus nutrimentis alamus, & fouendum etiã ſtomachũ non negligamus, producamus ſomnum, exercitationem corporis pro uiribus augeamus, animi uero minuamus: plurima enim ſæpiſſime affert incõmoda. Quod ſi ſtomachus minus toleret alimẽta glutinoſa

Sãguis ſit mediocris

Ad corrigendũ ſanguinem nimis ſubtilem.

tinoſa, quæq́ ſint frigida & duræ conco-
ctionis, corallis, ſandalis, mira bolanis,
coriãdro, roſis, cidonijs, atq́ diacidonio
ſaccaro deniq́ roſaceo, & rebus ſtipticis
eam ſanguinis humorisq́ firmitatem cõ
ſequemur, quam res uiſcoſæ, frigidæ, &
perduræ digeſtionis nõ ſinunt adipiſci.

DE VENTOSARVM APPLICAtione, CAP. XXXVI.

HOminibus quibus propter ætatem iuuenilem uel ſenium, uel etiam ob alias euidentes cauſas non debent incidi uenæ, uentoſæ applicabũtur. Et ſi deberet fieri minutio de cephalica, apponantur uentoſæ in dorſo circa collum. Si de mediana, ſuper humeros. Si de inferioribus, ſuper femora. Si de ſophena, ſuper femora identidem, uel in iuncturis pedum circa poplites, aut in plantis pedum: & in talibus uentoſis plus ſanguinis extrahi debet, quàm patiens antea cõſueuerit. Poſt talem etiam phlebotomiã, uel uentoſarum applicationem, ſi nõ po-

teris habere de eo potu quem ſupra præſcripſimus, dabis ei de puluere primo, de quo ſupra eſt ſcriptum in capite de pulueribus, cuius doſis eſt dragma una, & adde tiriacæ magnæ Andromachi, uel Galeni, uel etiam Methridati experti in quantitate nucis auellanæ, & hoc ſi patiens non eſt infeſtatus & oppreſſus calore, & detur cum aqua roſarũ & acetoſæ. Poteſt autem contingere, ut nullum ex prædictis potibus uel pulueribus poſſis habere: fac ergo potum in hunc modum ſubſequentem, quem ſcio habere ſingularem efficaciam & uirtutem diuinã: & fit hoc modo: Recipe rhutæ, abſynthij, herbæ mori ana partes æquales, chelidoniæ herbæ & radicis in quantitate trium prædictarũ herbarũ, ita ut omniũ ſit pondus manipuli unius. Radix chelidoniæ abluatur terſiſſime, deinde omnia imponantur in ollam nouã uitreatam, ſuperfundendo de aceto odoriferi meliori qđ habere poteris libram ſemis: cooperiatr olla cum operculo ad hoc facto, et rimæ omnes

Potus curatiuus optimus.

omnes lutentur cum luto ſapientiæ, uel cũ paſta facta ex farina & albumine oui, ne materia ipſa reſpiret, aut ne aliqd immundi incidat: & coquatur octo uel nouem horis lento igne uſq; ad cõſumptionem tertiæ partis, & nõ ultra, deinde ſenſim infrigidetur, & per pannũ mundiſſimum in phialam coletur, & herbæ in aliud uas exprimant̃, miſce omnia inſimul, & pone ad rectificandũ in ſole, & erit paratus. Et quando quis peſtẽ habet, citiſſime (ut etiam iam ſæpius narratũ eſt) debet fieri phlebotomia, poſtquàm dabit̃ coclear plenum de hoc præſcripto potu, admixta tiriaca in quãtitate auellanæ, tepefacto, torreatur cruſta panis, quæ ori patientis anteponatur, ne ſumptũ potum euomat. Et ſi patiens calore infeſtatur, tiriaca non eſt addẽda, uel ſi addis, in quãtitate grani triticei dabis. Si ergo æger ſumptum potum uomit, lauetur os eius cum uino puro, & iterũ una doſis de prædicto potu exhibeatur; & hoc fiat ita per quatuor, quinq;, aut ſex uices, donec pa-

doſis prædicti potus.

tiens ſecum poſſit retinere: quem ſi reti nuerit, optimum eſt indicium, itaq; collo cetur in lectum, in quo peroptime tectus aliquandiu ſudabit: & quicquid intoxi-cati uel uenenoſi penes ipſum remanſe-rit in phlebotomia, hoc totum per ſudo-rem expelletur. Talis autem ſudor debet ſemper abſtergi cũ pannis mundiſſimis, & tandiu ſudet quoad erit poſſibile. hinc facile cum dei adminiculo à tali morbo leuabitur: caueat tamen ante omnia ſub uitæ diſcrimine ne dormiat. Poteris etiã prædicto potui immiſcere unum de an-tea dictis pulueribus.

DE PVLVERE CVRATIVO, expellente peſtem per ſudo rem, CAP. XXXVII.

QVibuſdam Germaniæ in locis tem pore magnæ peſtilitatis factus fuit à ſolertiſſimis quibuſque medicis puluis paucarũ expenſarum, ſummi tamen ua-loris, ad expellendum per ſudorem oẽm peſtem, & fuit ſaltem exhibitus his qui propter ſenium, iuuenilẽ ætatem, uel ali-

quod

quod aliud accidens non audebant phle-
botomiſare, quanquam & his quoq; da-
ri poſſit qui minuũt. & fit hoc modo: Re-
cipe zinziberis albi mundati unciam u- *Puluis curatiuus ualde eximius.*
nam, zuccari canditi unciam unam &
ſemis, camphoræ unciam ſemis, quodli-
bet per ſe ſubtiliſſime teratur, & omnia
poſtmodum inſimul miſceãtur, & incor-
porentur, cribrentur per ſtaminam ſub-
tilem, & ponantur in uaſculum mundiſſi-
mum, uel uitrum bene coopertũ, ne ma-
teria ipſa euentiletur. Quod ſi quis à pe-
ſte læſus fuerit, ſumat dragmam unam,
& ſi non habet calorem intenſum, poteſt
addi de tiriaca ad quantitatem auellanæ,
miſceatur cũ uino limphato ex aqua ro-
ſarum uel acetoſæ. Quo ſumpto patiens
uadat ad lectũ ubi bene cooperiatur, &
ſudet horis octo uel nouem cõtinuis, ſu-
dorem ſemper abſtergendo cum linteis
albiſſimis, & caueat eo tẽpore à ſomno,
& à cibo, & à potu. Quo facto ſurgat, ue-
ſtiatur calide, & uitet omnino aërem ex-
traneum, manẽdo in domo, uel in came-

ra ſua, & tribus horis elapſis poſt ſudorẽ edat ius gallinæ mixtũ cum optimo aceto, & ueſcatur continue cibis leuiſſimæ concoctionis, nihil omnino bibendo. Si tamen non poteſt à potu abſtinere propter nimiam ſitim, bibat modicum de uino claro & ſubtili, tepefacto & mixto cũ aqua acetoſæ. Et quãto citius ſumpſerit prædictum puluerem tanto melius, quia ſi nimium expectauerit, cura erit difficillima. Quod ſi infirmitas foret adeò intenſa, ut in primo ictu puluis ſumptus omnino nihil proſit, ſumat iterum unã doſim cum tiriaca ut ſupra: & per omnia gubernabit ſe, ſicut iam dictum eſt. Poteſt autẽ hic puluis adminiſtrari infãtibus in quantitate ſcrupulorũ duorũ, uel dragmæ ſemis: & ſi uis potes eum ſumere cum uno prædictorum potuum.

Doſis prædicti pulueris.

DE CATAPLASMATIBVS ET emplaſtris curatiuis,

CAPVT XXXVIII.

EMplaſtra hic exigunt̃ duplicia, maturatiua ſcilicet, & curatiua. Maturatiua

ratiua optima ſunt: Recipe ficuum pin= guium, uuarum paſſularū ana unciā ſe= mis, piſtentur & addant̃ ſalis petroſi dragmæ duæ, mellis dragma una, incorporentur ad modum emplaſtri cum oleo camomillæ, calefiat, & ſuperponatur. Vel fac emplaſtrum ſequens: Recipe dyptami albi unciam unā & ſemis, radicis ebuli unciam unam, radicis naſturtij unciam ſemis, cæpe albi uncias duas, radices in aqua coquātur, & ſuper prunis cæpe aſſentur, deinde piſtentur, addendo olei camomillæ uncias tres, reſinæ pini unciam unam, ſeminis urticæ dragmas ſex, ceræ quantum ſufficit, fiat uel emplaſtrū, uel unguentum, ut lubet, quod mirabiliter facit maturare, & abigit uenenū, & prodeſt tam iuuenibus quàm ſenibus. Caue ante omnia ne repercuſſiua ponantur ſuper ipſo apoſtemate, quia totum uenenū iterum ad cor pellerēt. Vbi ergo omnis materia uenenoſa erit extracta, patiens per cliſteria leuia purgabitur; uel cum ſequenti purgatione: Recipe electuarij de

emplaſtrū maturatiuum.

Aliud emplaſtrum maturatiuum.

Purgatio optima.

ſucco roſarum, diacatholiconis, catharti ci imperialis ana dragmas duas, caſſiæ fiſtulæ recentis nouiter à canna extractæ unciam ſemis, aquæ roſarũ quantũ ſufficit, exhibeatur ut moris eſt. Aliud empla ſtrum maturatiuũ fit hoc modo: Recipe radices maluauiſci in aqua dulci bene co ctas, amoto prius interiori trũco, piſtentur fortiter, de quibus capies poſtea libram unam, muſcilaginis ficuũ pinguiũ numero uiginti, farinæ fœnugræci librã ſemis, totum inſimul coquatur ad debitã ſpiſſitudinem, & emplaſtretur. Nec attendendũ erit donec apoſtema de ſeipſo matureſcat & rumpatur, ſed materia illa uenenoſa extrahenda erit cũ applicatione uentoſarum, ut iam ſupra prælibauimus. Antequàm autem ſecundario uentoſa apoſtemati applicatur, lauandũ erit ulcus cum aqua ſalſa tepida, & ſi patiens non poteſt ſufferre uentoſas, fiat uſtura cum ferro candenti, uel perforetur cũ lanceola, uel cũ corroſiuis quibuſdam aperiatur, poſtea ſuſtineatur cum emplaſtris

Aliud emplaſtrum maturatiuum.

& un-

&unguentis decentibus. Sunt qui faciũt emplaſtrũ hoc modo: Recipe tiriacæ bonæ & approbatæ in quantitate iuglãdis, quam pones in medio cæpe, tegendo caput ipſius cũ luto, uel alia re ne reſpiret, aſſetur ſuper ignem lentũ, poſtea excorticetur à pelle rubea, & per pannũ mundiſſimum unà cum tiriaca aſſata coletur, de quo ſucco dabis patienti bibere unà cum aqua roſarũ uel bugloſſæ: reliquũ uero quod in pãno remanſerit, ſeruandũ eſt pro emplaſtro, addendo fermentũ ſiliginaceum cum melle, torreatur in patella ærea cum axungia porcina, ſuperſeminãdo de primo puluere, de quo ſupra diximus ĩ capite de pulueribus, uel de uno alio: & optime omnia inſimul miſceant̃, fiat emplaſtrum, quod in medio habebit foramen, ſicut debet fieri in omnibus emplaſtris curatiuis, ſcilicet ut uapores & uenenoſitates ab apoſtemate exeuntes, poſſint per id reſpirare. Aliud emplaſtrũ curatiuum fit hoc modo: Recipe tria uel quatuor cæpe parua, uel unum magnũ, *Aliud.*

Aliud.

abſcindatur caput, & perforetur locus q̃ implebitur cum optima tiriaca, addendo parum de ſucco rhutæ uel ſaluiæ cũ aceto permixta, & foramen iterum perlutetur & torreatur ſuper prunis, ut ſupra. Et quũ fuerit ſatis toſtum depiletur, & in mortario malaxetur, fiat emplaſtrum, quod apoſtemati ſuperponatur, ut iam de alio dictum eſt. Hoc emplaſtrũ ualet ad omnia apoſtemata uel ulcera, ſiue etiã ad morſum canis rabidi, & aliorum animalium uenenoſorũ. Aliud emplaſtrum in hunc modum conficitur: Recipe uitellum de ouo uno, concutiatur & optime ſaliatur, fiat emplaſtrum, & ſuperligetur: & hoc debet omni hora renouari. Aliud: Recipe mellis, olei oliuarũ ana partes æquales, adde ſalis quantum ſufficit, coquantur inſimul, & fiat emplaſtrũ. Ad hoc ualet etiam emplaſtrũ factum ex radice acori bullita in aqua, & ſuperpoſita. emplaſtrum factum ex mica panis ſiliginacei iam primum è furno extracti, & in uinum permixtum cum aceto poſiti: uel intingatur in ſuccum arnogloſſæ, &

Aliud.

Aliud.

Cataplaſma ex radice acori

emplaſtrũ ex mica panis.

formetur emplaſtrũ ut decet. Sũt qui bulliant lentes in aceto, & miſceant cum dicta mica panis, ita intincta & madefacta, ut iam dictum eſt. Sed quando fit emplaſtrũ de mica panis, ſæpius debebit renouari, quia ualde exiccatiuũ eſt. poteſt etiã fieri cataplaſma de radice ſcabioſæ puluerisata, & ſubtiliter trita, aut de radice caudæ equinæ minoris, aut de tapho barbato. Cæterũ Albertus magnus homo ſecretiſſimæ ſcientiæ, & experimentorũ abſtruſorum ſummus indagator, eo in libro, quo agit de uirtutibus herbarũ & lapidũ precioſorũ, dicit, qđ ſi teneas ſaphirum orientalem in ſuperficiebus, uel circumferentijs apoſtematis, aliquandiu ipſum circunquaq; ducendo, & per horam integram uel plus ſuper ipſo antrace tenendo, ſtatim interimere & mortificare ipſum ulcus, ſed tamẽ uirtus lapidis corrumpitur. dicit ſe uidiſſe experientiã idem Albertus. Alij uero accipiunt gallum gallinaceũ, de quo abſtrahunt caudam per uim, & per anum ligant ipſam carnem ſuper apoſtemate, obſtruẽdo ro

Aliud cataplaſma.

Experimẽtũ Alber. magni de ſapphiro.

Aliud curatiuum.

ſtrum galli, ut nulla ĩ parte ſpirare poſſit præterq; in poſtica: quando fuerit ſuffocatus alius ſimili modo ſuperligabit̃. hoc idem fit & de rana, & ambo ſunt expertiſſima. Facies aũt hoc toties, donec tota materia uenenoſa ab apoſtemate fuerit extracta. Quod ſi contingat antracem uideri, quaſi in corpus ipſum introëat, dũ patiens fuerit quietus, & nullo modo calore infeſtatus, fiat emplaſtrum de arnogloſſa, lentibus & pane ſiliginaceo. Qui non poterit habere prædictorum emplaſtrorũ aliquod, diaquilone utatur, quod eſt optimum, fiatq; in medio foramen, ut ſupra dictũ, non tamen ſuperponatur antequàm apoſtema ſit maturum.

DE REGIMINE INFECTI, CAPVT XXXIX.

Infecto cameræ duæ præparentur.

ANte omnia ſi fieri cõmode poteſt, habeant̃ & præparẽtur duæ cameræ pro ægroto in ſupmitate alicuius domus, quæ ſint longe à nebulis & uentis, uel ex palude flantibus, uel etiam ex anguſto irrumpentibus; ſint etiam remotæ

ab eis

ab eis locis ubi aër mouetur uiolentius, uel ubi nullo modo mouetur, & ab habitatione quauis humidiore, fœtore ſquallente aliene, habeantq́ feneſtras uergentes uerſus ſeptentrionẽ, & aër in eis ſemper debet alterari & purefieri cũ herbis odoriferis, & fumigijs fragrãtibus, omni die quatuor aut quinq; uicibus. Quo facto, patiens de una in alteram portabitur ſæpius in die, & fiet ignis in camera, ut aëris infectio expellatur. Patiens etiã aërem ab oriente & ſeptentrione libere poteſt ſuſcipere ore patulo & aperto, & talem intromittat per feneſtras omni tempore matutino, dum tẽpus fuerit clarũ, & ſol iam apparuerit ſuper terram. Poſt hoc feneſtræ debent claudi, & iterũ aër cameræ particularis rectificandus, & patiens ad talem fragrantiam fumigationũ deferetur, quia multũ ſuſtentabitur & cõfortabitur. Cibaria ægroti erunt lac amygdalinũ, pultes de farina hordei uel tritici uel lentiũ, cocti cum pauco aceto. Vtatur etiam ſæpius brodio gallinarũ iuue-

Nutrimẽta ægroti.

num, ſeu pullorũ, ſeu capreolorũ: & omni die permutabit regimen edendi, coquendo carnes ipſas cũ lactuca, aliquando cũ acetoſa, aliquãdo cũ cucurbitis, aliquãdo cũ portulaca: & tales herbæ debẽt ſemper colligi tẽpore ſano in bono aſpectu Iouis & Veneris, dum ros eleuatus & conſumptus eſt. Sin herbas ipſas non potes habere, accipiantur ſemina earundem, & ligentur in panniculo mundiſſimo, & ſuſpendant in ollam in qua carnes bulliũtur. Sunt qui ligãt ſandalũ rubeũ, & citrinũ cũ modico cãphoræ & ſpodij inſimul, & mittunt ſimiliter in uas in quo caro ipſa excoquitur, & hoc mirabiliter confortat cor & omnia mẽbra totius corporis. Vt aũt maiorẽ habeat efficaciam, carnes ipſæ debent tandiu bulliri, donec ab oſſibus ſeparentur. Deinde ponantur in ebullitiõe ſuccus limonũ uel acetoſæ, uel agreſtæ, uel mali punici, uel parũ aceti, & caro ipſa intra duos orbes ſeu diſcos exprimat, cuius ſuccus ægroto adminiſtrabitur, quia nutrit mirabiliter, ſuſtentat &

Reſtauratiuũ optimum.

tat & cõfortat. In primis etiã diebus quũ aliquod ſignũ apparuerit, ægrotus ab omni ſomno eſt abſtrahendus, & omni conatu ad uigilandũ incitandus eſt uſq; ad auroram, deinde ſi habet ſomniũ, poteſt parũ quieſcere. In ſecunda aũt nocte dormiat quantũ naturale ſolet eſſe: & ſi non poteſt dormire, adhibeantur remedia & ꝓuocatiua ſomnij, ne ſpiritus ipſi per nimias uigilias reſoluantur & hebeſcant. Item ægroto exhibebũtur ſtatim uel electuaria, uel opiatæ ſupraſcriptæ, quæ ſi non poſſunt haberi, fiãt electuaria & cõfectiones, cor & membra principaliora confortantes: fiant etiã cõfortatiua, quæ in modum pulueris ſupra pectus ponant̃ ab extra ſupra ſiniſtrã mammã, & hoc debet ſæpius reiterari. Quamprimũ etiã patiens circa pectus ſenſerit calorẽ, madefiat pannus lineus ex aqua roſarũ iniecto puluere ſandali rubei, & ponat̃ ſupra pectus, aut exhibeat̃ doſis ſirupi uiolacei, uel ſirupus endiuiæ temperatus cũ aquis acetoſæ, boraginis, & endiuiæ, & ſæpius

Quãdo æger à ſõno ſit abſtrahendus.

Potus refrigerans, confortãs, & uenenũ expellens.

reiterabitur. Aut detur ægroto potus ſequens: Recipe aquæ acetoſæ libram ſemis, aquarũ endiuiæ, portulacæ, roſarũ ana uncias treis, ſucci granatorũ acriũ: uel ſi non habent, aceti uncias treis, zuccari panis libram unam, camphoræ dragmas duas. fiat iulep & exhibeatur, quia frigefacit & confortat, & uenenũ mirabiliter expellit. caue ne dederis ægroto potum, niſi aliquid prius comederit, & potus eius erit aqua hordeacea, quæ debet miſceri cũ aqua acetoſæ, ſi patiens calore infeſtetur, aut cum aceto, uel cũ ſucco berberorũ, arengiarũ: aut ſi eſt tempore

Aqua hordei optia.

æſtatis, cum ſucco ribes. Dum aũt bullieris ipſam aquam hordei, igneſcat lamina aurea, quæ ſæpius in prædicta aqua extinguatur: quia quanto ſæpius, tanto melius & ſanius pro ægroto, præcipue ſi ægrotus ſit cholericus. Poteris etiã in ipſa hordei aqua permiſcere ſuccũ roſarũ uel acetoſæ, uel limonũ, uel agreſtæ, aut acetũ, ad mitigandũ & tollendũ calorem patientis. Si uero patiens abũdet phlegmate

uitreo

uitreo (quod frigidius eſt inter cætera) ſicut fit in febri epiala & lippiria, quod tamen rariſſime contingit ſecundũ Auicennam & Serapionem, tunc dabitur patiẽti uinum albũ clarum, & ſubtile limphatum cum aqua roſarũ, & nõ ſit nimis forte. Vinum autẽ purũ uenenũ eſt infecti. Plantæ etiã pedũ ægroti terna aut quaterna uice omni die fricari debent cum ſale & aceto, & pholæ manuũ ſæpius abſtergantur cum pannis calidis mundiſſimis, & aliquando totum corpus tergatur cũ talibus linteis tepefactis, principaliter uero quum patiens ſudauerit. Et ſi patiens non eſt nimium debilitatus, ſudor debet prouocari. Item tribus uel quatuor diebus continuis detur ei de uno puluerum prædictorũ, quo facto optime tegatur, & ab omni uento cuſtodiat̃, & ſudet tandiu quantum erit poſſibile, ſed tamen caput nõ debet abſcondi infra tegumẽtum lecti, debet tamen mũdiſſimis pannis bene tegi: & facies ipſa ſit diſcoopta, ut poſſit aerem & anhelitum ad ſe attrahere, &

Vide de his Arnal. de uilla noua libr. 4. breuiarij, cap. ult.

Vinum purũ uenenũ infecti.

per tales ſudores expellitur materia ue-
nenoſa ab ipſo ægroto. tamen (ut iam ſæ
pius diximus) caueat ne in tali ſudore e-
dat hora integra elapſa, donec bene quie
uerit, & infrigidatus fuerit. Si autem cō-
tingeret ægrotū ualde eſſe infectū, pote
rit de quatuor ad quatuor horas ſemper
phlebotomiſare ſecundū conſiliū medici
experti. Super omnia imaginatiōes gra
ues ab ægro tollantur, & fiant ioci, & di-
uerſa gaudia coram ipſo in cantibus, in-
ſtrumentis muſicis, & ſimilibus, quæ ſpi
ritum mœſtum recreāt. Quod ſi infectus
foueatur, ſuſtentetur, & gubernetur ſu-
pradicto modo, cum dei omnipotētis au
xilio facillime abſq; dubio cōualeſcet.

EPILOGVS.

HVcuſq; ſcribere ſat ſuperq; uiſum
eſt, cādidiſſime lector, quæ diuina
& ſecretiſſima cōperimus: quæq; in plu-
ribus fuerunt experta & inuenta ueriſſi-
ma, & deo dante in futurū multis auxilio
opitulationi & ſuſtentationi erunt. Ta-
men

men id unũ prӕterire nolui in tergo hu-
ius tractatus noſtri, hoĩum cõplexiones
eſſe diuerſas, & genera, naturasq́ mor-
borum ac febriũ peſtilentialiũ omnige-
nas, quӕ non poſſunt niſi per expertiſſi-
mos medicos dignoſci: erit ergo accom
modatiſſimũ atq; ſaluberrimũ prӕfatas
medicinas applicari cõſilio eorundẽ, nec
proprijs inniti uiribus. Quia & ſi aliquã-
do in rebus proprijs uideamur oculatiſſi
mi, ſumus tamen talpis magis cӕci. Ego
generaliter ſcripſi, & quambreuiter atq;
ſuccinctim: quod ſi forte in aliquo pecca
uerim, ignorãtiӕ meӕ & humilitati aſcri
ptũ iri rogo, oro, atq; obſecro. quandoq;
enim bonus dormitat Homerus. Quiſqs
aũt hunc prӕſentẽ librũ legerit, ex ſtylo
& ſermone inculto facile dignoſcet non
ad oſtentationẽ ſcriptũ, ſed ad laudẽ dei,
(ita ille me adiuuet) & ad utilitatẽ proxi
mi: per quem ſicut & exordium ſumpſi
mus, manũ extremã impoſituri ſumus.
Ipſi ergo laus & gloria in ſecula ſeculo-
rum, Amen.

FINIS.

UN... BIBLIOTEC... DE...